redigere cogitastis; cognoscentesque rem istam post Dei gratiam
ab eligendi vestraque voluntate pendere, primum de tollendo per
unitatem scismate quam eligendo per suffragia summo pontifice
cogitantes, vestras et eligendi voluntates, quoniam libere, muta-
biles et ambulatorie semper sunt, nexu, qui vobis fuit possibilis, 10
alligastis. promisistis quidem, ut vidi publico contineri chiro-
grapho, quod vestrum quilibet dicitur subscripsisse⁽²⁾, non vicissim
solum vobis et hominibus, sed etiam ipsi Deo singulariter devo-
vistis, pro posse scisma tollere desideratissimamque unitatem sancte
matris Ecclesie, nil omittendo de contingentibus, celeritate possi- 15
bili procurare; nec promisistis et vovistis solummodo, sed iurastis;
ut amodo non possitis propositum et opus hoc sine periurii nota
summoque et inexpiabili scelere offensioneque divini Numinis non
implere, sive voluntatem vestram ad aliquid flectere vel mutare,
quod impedire vel differre possit rem tam piam, tam sanctam 20

2. unire] A unuē 3. A etenim 5. VO dopo quantum aggiunge tunc ed omette
poscia est 6. VO cogitatis A omette que dopo cognosc. 7. primum] A premium
7-8. VO pro unitate 9. A eligendo 11. Ri alligatis 11-12. A VO cirographo
14. VO omette que dopo desid. 16. A venistis 17. Ri modo et] VO aut 18. VO
omette et A dà due volte offension. 19. VO omette vestram 20. A pone possit
dopo impedire

quanto intorno a questo soggetto il S.
scriveva fin dal 1393 a Giovanni da
Ravenna (lib. VIII, ep. XI; III, 420 sg.).

(1) Cf. S. MATTH. XVI, 18.

(2) Il « Compromissum dominorum
« cardinalium in conclavi post obitum
« Bonifacii pape IX », a cui allude qui
il S., che ne aveva, come si vedrà tra
breve (cf. p. 63, r. 5 sgg.), sotto gli
occhi una copia, è stato messo alla
luce in MARTENE-DURAND, *Thesau-
rus nov. anecdot.*, Lutetiae Parisiorum,
MDCXCVII, II, 1274 sgg. Esso termina
così: « volentes quod se ad omnia

« et singula obligatos reputent co-
« ram Deo et hominibus [cardina-
« les] voluerunt et mandaverunt no-
« bis notariis infrascriptis et cuilibet
« nostrum singulariter, videlicet Io-
« hannello de Risis de Neapoli, cle-
« rico prefatae Capellae, Bartholo-
« maeo Francisci della Capra de Cre-
« mona, Baranto Philippi de Pistorio
« et Stephano Ierii de Prato, litte-
« rarum apostolicarum scriptoribus, de
« omnibus et singulis supradictis in-
« strumentum publicum &c. confici
« et publicari »; op. cit. c. 1276.

totique mundo tam optabilem, quantum est gregem dominicum in duos divisum, vel, ut verius loquar, ista sectione nimis graviter diminutum, ad integritatem solitam revocare. sed hoc dimittamus, et unde discessit revertatur oratio.

e non attendesser con ogni sforzo ad ottenere l'intento desiderato.

- 5 Convenistis in novenario numero cardinales, cuius radix est ternarius, qui numerus primus impar, ut dictum est, ad unitatem redit, quo perficiatur et numerorum procedat auctione continua multitudo. et vos similiter in numerabili radice vestre congregationis et cetus ad unitatis colloquia, imo federa, redivistis; nec
10 redivistis solum, sed ea, quantum in vobis fuit, per Dei gratiam conclusistis, vos ad unitatis procuracionem religiose Deo, vicissim vobis et communiter universis solemniter obligando promissione, voto, iuramento. novem enim, quem numerum enna dē m Greci dicunt, prout a multiplicato per se ternario venit, in quo
15 gratia divini Numinis convenistis, numerus est quadratus, equalem habens, ut ostensum est, undique dimensionem; numerorum omnium terminus, a quo quidem ad monadem fit reversus et hinc est prima conversio numeralis. siquidem post novem tam figura quam re ad ipsam revertimur unitatem⁽¹⁾. decas enim unus
20 est numerus decem unitatibus aggregatus, qui per unum et cyphram, que nullum importat numerum, designatur; ut certum sit quicquid ultra novenarium accedit ad unitatem redire. et quoniam Mars omnia terminat atque vertit, hunc numerum, qui numeros omnes vertit, Marti Gentilitas deputavit; quem planetam
25 non Martem aliqui sed Herculem appellarunt⁽²⁾; ex quo sensu

Il lor numero era di nove, e del nove è radice il tre, primo tra i numeri impari, che per compiersi ritorna all'unità.

Così essi fecero e si legaron con giuramento per ritornare all'unità ch'è Dio.

Il nove è numero quadrato, che ha dimensioni uguali, dal quale si fa ritorno alla monade,

così nella figura che nel fatto; giacché il dieci, essendo rappresentato da nove unità più uno zero, che non conta nulla, non è in fondo che un ritorno al nove. Di qui l'antichità trasse argomento ad attribuire questo numero a Marte che tutto termina e volge; ovvero ad Ercole;

1. VO omette est in luogo del quale Ri dà erat 2. sectione] VO steticōe (sic) A scitione nimis] A VO minus 3. diminut.] A dei minutum; dopo dim. VO dà vel VO hec 4. VO inde A revertamur 8. VO innumer. 9. imo federa] VO uno fedī (sic) 10. A dopo sed ripete rediv. solum 13. VO ennade 16. ostensum] A oññū (sic) A VO divisionem 17. VO reversio 19. A decus 20. VO congreg. 20-21. VO ziffra 21. A dopo numer. dava decem unitatibus agregatur che fu espunto. VO dopo sit dà nt 22. A nonarium VO novarium A redit 24. VO_{is} ventilitas

(1) Cf. MARC. CAPELLAE op. cit. VII, 741. ἐννὰς per ἐννεὰς è forma che si rinviene in taluni antichi lessici: e forse nel suo esemplare di Marciano il S. trovava appunto quella invece di questa.

(2) MARC. CAPELLAE op. e loc. cit.: « deinde quod [enneas] primi versus « finem tenet, et ideo Mars appellata, « a quo finis omnium rerum ». Per ciò che spetta poi alla stella di Marte, detta altresì di Ercole, ved. MACROB.

dal qual fatto vien chiarito un passo di Seneca che ad Ercole appunto si riferisce.

Ma per lasciar in disparte le favole pagane ed anche l'asserta divisione dei cieli in otto sfere mobili ed una nona immobile, non forse la virtù divina ha partite le creature angeliche in tre Gerarchie e sei Ordini?

Lecito è dunque paragonar i nove cardinali rinchiusi nel conclave ai nove angelici stuoli.

Essi furon difatti, per la carità, simili ai Serafini;

dictum arbitror tragicum illud, quod de Hercule scriptum est:

Inparem equasti numerum deorum⁽¹⁾.

cum enim verus et solus divinitatis numerus ternarius sit, cuius inparitas solum in novenario, sicut premisimus, adequatur, et ipsum Marti, et per consequens Herculi, quos idem volunt, consecrarit antiquitas; quid rectius de Hercule dici potuit, cui, cum Mars sit, novenarius competat, quam quod inparem equaverit numerum deorum?⁽²⁾ sed hos deos, Gentium scilicet stulticiam, dimittamus; dimittamus et octo celorum peripherias nonamque immobilem, quam terram voluerunt antiqui platonique philosophi, quibus putabant omnia generari. nonne totam multitudinem angelice creature Dominus ipse tribus hierarchiis et ter tribus ordinibus explicavit? ita profecto, ut vestre congregationis numeralis et discreta quantitas angelicos illos ordines sine dubio figurarit et novem cardinalatus principes typum gerant totidem capitum ex sacratissimis illis ordinibus selectorum. nam cum sanctissima Seraphin auctoritate Hieronymi ardentes vel incedentes interpretentur⁽³⁾, ideoque ad caritatem pertineant, defuitne vobis caritas ad sanctam matrem Ecclesiam, qui de reintegratione sua tam diu ardentem tamque concorditer bonitate et since-

1. VO traycum 3. R⁴ Ri omettono enim A omette ternarius 5. VO ipsam
5-6. VO consacraut (sic) A consecrat 6-7. A cui enim mars sit 7. R⁴ omette
Mars Ri pone seu per sit VO equavit 9. R⁴ Ri omettono il secondo dimittamus
12. A C VO Deus A yêrichiis (sic) 13-14. VO numerabilis corretto in numeralis
15. A C R⁴ Ri dâno figuravit VO figurarit che è forse da preferire. - gerunt 16. A sol-
cetorum 17. A VO dopo Seraphin dâno quam per quoniam (?) 18. A interpretan-
tur ideoque manca in tutti i codd. A pertineat 20. A VO omettono diu Ri concord

Saturn. III, XII, 6-7; HYGIN. *Poeticon astronomic.* II, XLII; sui quali autori si è fondato il S. per dettare altresì il cap. II del lib. III del suo inedito trattato *De sensibus allegoricis Herculis*, intitolato appunto: Quibus sideribus Hercules fuerit adscriptus ab astrologis et poetis. Cf. cod. Vatic. Urbin 694, cc. 53 A-54 B.

(1) SEN. *Trag.* Agamemn. IV, 811.

(2) Non è ben chiaro il senso del luogo di Seneca. Chi pensa che Er-

cole abbia, in generale, dopochè fu accolto in cielo, reso pari il numero degli dèi; chi crede che si tratti non degli dèi in genere, ma dei « comuni » in particolare, Marte, Bellona, la Vittoria, ai quali lo sposo d'Ebe fu aggregato. Ed altri fa altre congetture; ma di tutte quella del S. è la meno attendibile.

(3) S. EUS. HIERONYM. *Liber de nominib. hebraic.* in *Opera*, III, 874. E v. anche ISID. *Hisp. episc. Origin.* VII, v, 23.

- ritate ferventis intentionis gratia divini Numinis cogitastis? cum-
que succedentia secundum ordinem Cherubin, eodem Hieronymo
teste, inter alia scientiam multiplicatam sive multitu-
dinem scientie⁽¹⁾ vel, ut quidam tradunt, scientie pleni-
tudinem interpretata significant⁽²⁾; nonne plena vobis fuit scientie
multitudo, qui tale principium tollendo scismati, qualis est obligatio
prelibata, vestro consilio reperistis? et ut prime hierarchie tres an-
gelorum ordines expediamus, Throni, qui sunt Dei iudicantis sedes,
nonne vobis illa tractantibus affuerunt? nonne videtur Deus in
10 vobis velut in sue maiestatis throno iudicans causam suam; causa
quidem scismatis sua est; iudicans, inquam, causam suam de gente
non sancta et erepturus sponsam suam ab homine iniquo et do-
loso⁽³⁾, manifestissime consedissee, ut negari non possit huius
prime hierarchie proprietates et dona vobis, imo in vobis tam
15 adequate quam realiter extitisse? cum autem essetis domini
creandi spirituale caput et sanctissimum Christianitatis principem
cum plenissima clavium potestate, nonne celestes illas Domina-
tiones, eligentes verum Christi vicarium, Principatus et Potestates
evidentissime representastis, que secundam perficiunt hierarchiam?
20 quantum autem ad tertiam pertinet, que Virtutibus, Archangelis
Angelisque completur, quot, qualium quantarumque virtutum fuit
propriis vincentes affectus ad scisma tollendum etiam cedendo
papatui voluntates vestras tam multis vinculis alligasse, removisse

ai Cherubini per
la moltitudine della
scienza,

ebbero i Troni, sede
di Dio giudicante,
quali ausiliatori;

rappresentarono,
possedendo l'auto-
rità suprema d'e-
leggere il ponte-
fice, le Domina-
zioni, i Principati
e le Potestà;

infine, vincendo i
propri affetti e le-
gandosi con così
sante promesse,
s'avvicinarono alle
Virtù,

5. VO vob. plena A pena e P 1 aggiunto in interlinea. 6. A scismate 8. VO iu-
dicante 10. A R⁴ Ri omettono suam 13. VO concedisse 14. VO reca imo aggiunto
in interlinea. 16. VO omette et 17. A clavū 20. A omette autem 21. A quod
22 A credendo

(1) Veramente san Gerolamo nel-
l'opera testè citata, c. 820, così defini-
sce i cherubini: «scientia multiplicata
«vel quasi plures».

(2) Le due spiegazioni si mescolano
presso ISID. op. cit. VII, v, 22, il quale
scrive: «Cherubin autem et ipsae su-
«blimes coelorum potestates et ange-
«lica ministeria perhibentur, qui ex
«Hebraeo interpretantur in linguam

«nostram scientiae multitudo.
«sunt enim sublimiora agmina an-
«gelorum, qui pro eo, quod vici-
«nius positi divina scientia caeteris
«amplius sunt pleni, cherubin, id
«est plenitudo scientiae appel-
«lantur». Da Isidoro dipendono i
lessicografi seriori (v. per tutti BALBI,
Catholic. s. v.).

(3) Cf. *Psalm.* XLII, 1.

ed annunziando l'unità della Chiesa presero figura d'Arcangeli come nel far nota l'elezione del pontefice ad Angeli si rassomigliarono.

Così dunque alle angeliche creature essi poterono a buon diritto andare paragonati per le proprietà, le virtù e gli effetti.

Ma ora, per venire ad altro, che farà Innocenzo? Temerà egli, se una voce celeste annunzierà un nuovo pontefice o starà inconcusso?

Certo ei non temerà, se avrà sempre presente la promessa fatta di deporre la tiara, ove con ciò lo scisma avesse a cessare.

quicquid obstare vel obsidere potuisset? crede michi, pater sanctissime, cum ex vobis multi sperarent, aliqui non inproprie nec stulte possent aliquique sperare deberent ad summum illum apicem pervenire; non angelice solum, non celestis, sed divine prorsus virtutis fuit ad tollendum scisma et ipsius unitatis affectu ad renunciationem tam sublimis gradus, qui sit ipsi Deo proximus, se ligare. nec virtutibus solummodo hierarchiam infimam attigistis, sed annunciantes unitatem Ecclesie, qua nichil in humanis esse potest excelsius, ipsos Archangelos, notamque faciendo summi pontificis electionem, Angelos vester cetus imitatus est et huius hierarchie rationem atque ordines adequavit. ergo, sicut declarat effectus, non homines sed novem Angeli in celestium hierarchiarum proprietatibus atque virtutibus convenistis, angelicos atque hierarchicos producentes effectus; de quibus, quoniam satis pro epistolari serie dictum est, stilus ad alia flectendus et ad te, sicut propositi ratio iubet, pater sanctissime, dirigendus est.

Quid facies, pater optime? quid cogitabis, vicarie Ihesu Christi? altissimene dignitatis splendor obumbrabit tibi et cum audieris vocem de medio nubis dicentem in annunciatione futuri pontificis: hic est filius meus dilectus, ipsum audite⁽¹⁾; timebis et cades in terram; an potius, ut te decet, stabis inconcussus et erectus, expectans avide vocem illam, post quam supra te neminem videas nisi Christum, hoc est vicarium Ihesu Christi? stabis profecto, si pones tenebisque semper ante te sanctissimum illum chirographum, cui te cum aliis subscripsisti; quo te tibi, te cardinalibus teque mundo, quodque plus et gravius et urgentius est, te Deo virginique Marie beatissimisque apostolis Petro et Paulo promissione, voto iuramentoque solemniter obligasti⁽²⁾. spopon-

1. AC VO obsistere 1-2. A dava sanctissimas; l' as fu espunto e sostituito con e
2. VO omette ex R⁴ improbe A VO improbe nec] Ri non 4. Ri divina VO potius
7. VO ne e poi dà ultimam, cancellato però e sostituito con infim. 9. VO posset 10. A
VO mutatus 11. AC ac ord. VO et ordinem 11-12. declar. eff.] VO debebant affect.
12. A angelo ed omette in VO angelis 14. C quam Ri quum 15. Ri alta 19. A an-
nuntiationem 23. Ri videns 24. A VO ometton te; VO poi ill. sanctiss. 25. VO
scripsisti 26. VO sopprime il primo et 27. VO per te dà de 28-1 (p. 55). VO spo-
pond. A spopundistique, che omette pro

(1) Cf. s. MATTH. XVII, 5-6.

così: «Idcirco praelibati reverendissimi

(2) Il «Compromissum» difattisuona

«patres et domini, sic, ut praedicatur,

- disti pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam. illaqueatus es verbis oris tui et captus propriis sermonibus tuis; fac ergo quod debes et temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. discurre, festina, sicut inquit Sapiens, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebre tue, eruere quasi damula de manu et quasi avis de insidiis aucupis⁽¹⁾. si nescis, amicus tuus est anima tua, amicus est et ille qui partem gregis dominici secum traxit, per quem in te, hoc est in predecessore tuo Urbano, sectio cepit, pro qua tol-
- lenda resignare gregem, quem abegerit, obtulit se paratum. pro anima tua fideiussor apud eum factus es, ut si ille cesserit et tu cedas. ut se liberet fideiussor, oportet quod principalis solvat vel ipsemet faciat satis; nec offerre quod debetur sufficit, nisi debita consignatio cum deposito realiter subsequatur⁽²⁾. non desistas igitur, donec promissio, quam fecisti, soluta sit. dic anime tue: promissimus quod voluisti; rei sumus, obligati sumus. obligati quidem sumus Deo, superis omnibus, hominibus cunctis id facere quod ante promissionem atque chirographum facere tenebamur; quis enim hoc bonum publicum facere non tenetur? sed accessit huic vinculo data fides et obligatio iuramenti, ut illam non prestare vel hoc transgredi nefas ingens et inexpressibile scelus debeat reputari. hactenus autem negligentia nobis et incuria potuit iure

Egli si è vincolato spontaneamente presso gli altri;

or deve fare ogni sforzo per liberare sè stesso dal laccio in cui volontariamente è caduto.

Per l'anima sua egli s'è fatto fideiussore dell'avversario; ed il fideiussore, ove l'attor principale non paghi, deve pagar egli stesso.

Anche prima d'impegnarsi a far quanto gli spetta, egli aveva, come cristiano. l'obbligo d'attendervi; quest'obbligo oggi è divenuto tale che il mancarvi non sarebbe negligenza, bensì delitto gravissimo;

3. temet] VO tenet A qui VO omette in 5. A VO per il secondo ne danno nec 7. A aucupi VO sic A omette tuus 8. VO omette et 9. A precessore 10. quem] VO quò 11. eum] A deum VO omette es 11-12. VO cedis 12. liberet] A libenter C dopo oportet aggiunge procuret; il quod è aggiunta mia. 14. A consequatur 20. Ri omette et

« collegialiter congregati... primo Deo
« eiusque matri Virgini gloriosae ac
« sanctis Petro et Paulo atque toti
« coelesti curiae voverunt et promise-
« runt ac etiam unus alteri et alter al-
« teri ad invicem se solemniter obli-
« gando, nemine discrepante, promi-
« serunt et convenerunt sub eorum
« fide et conscientia, quod si per Dei
« gratiam aliquem ex praefatis do-
« minis per eos in futurum summum
« pontificem eligi contigerit, ille talis

« ex eis qui sic electus erit... totis
« viribus ac posse faciet quod prefa-
« tum schisma de sancta Dei Ecclesia
« removeatur » &c.; MARTENE-DU-
RAND, op. cit. c. 1274.

(1) Son qui riferiti per intero, sebbene con lievi modificazioni formali, cinque versetti de' Prov. VI, 1-5.

(2) Cf. per questa specie di corollario giuridico, quanto è detto in Dig. XLVI, 3, 52 e nel Cod. VIII, 41, 28 e VIII, 43, 9.

giacchè varrebbe
quanto violare la
fede,

che è fondamento
della giustizia,

né della semplice
soltanto, ma della
legale, che in sé
racchiude ogni
virtù.

Mancar alla fede
dunque vuol dire
violare la giustizia
più sacra.

Tutto ciò sa il
pontefice e vede
da sé: così se ne
voglia ricordare!

Taluni infatti
nutrono timore
che, allettato dallo
splendor della di-
gnità di cui gode,

non scordi le pro-
messe.

A Coluccio, ov'ei
rifletta alle virtù
d'Innocenzo, cot-
tal timore pare
inammissibile.

forsan opponi; posthac vero, si non facimus quod promissum est, fedifragi dicemur ab omnibus et periuri. plus criminis est omit-
tere quod promiseris quam quod debes. qui non facit enim
debitum, hoc uno tenetur capite, quia non fecit. omittens vero
negligensque promissum non facit et ipse plane quod debet, sed 5
etiam decipit, fallit et, quo nichil est sceleratius, fidem rumpit.
fides hec moralis, ut vult Cicero, fundamentum est iusticie⁽¹⁾, vocata
fides ex eo quod fiant que dicta sunt aut etiam, sicut arbitror,
quia fieri debeant que diximus promittentes⁽²⁾. nec hanc fidem
crediderim simplicis iusticie solum, sed legalis etiam iusticie, que 10
virtus omnis est, quaque nichil est clarius, fundamentum⁽³⁾. spon-
det enim vicissim sibi civitas universa legis observantiam, cum le-
gem recipit vel auctoritatem legis instituende concedit; ut contra
fidem facere nichil sit aliud quam sacratissimam iusticiam violare.

Hec omnia vides, sanctissime pater, per teque cognoscis. uti- 15
nam sic memineris, ut novisti!

Sed quia dulcis amor regni, blandumque potestas,

ut Statius inquit⁽⁴⁾, metus est aliquibus, multorumque, qui tuam
constantiam non noverunt et ex suis moribus alios estimant,
coniectatio est, quod suavitate splendoreque dignitatis allectus, 20
conclavis et obligationis immemor, ad retinendum que possides
te convertas et sublimitatis statu quem obtines viliorem et post-
habendam iudices sanctam et exoptatam omnibus unitatem. ego
vero considerans virtutum perfectionem bonitatemque, vite mun-
diciam, morum integritatem summamque altitudinem scientie; qua 25

1. VO omette hac 2. A VO fidefragi ab omn. dicimur et periurii 3. A omette
il secondo quod 4. Ri per uno stampa imo 5. sed] A et 6. VO omette est
A frangit 8. aut] VO ut e dà eciam aggiunto in interlinea. 12. A dà sibi dopo enim
13. A recepit 18. VO Status metus] A nutus che poi scrive multotiensque per multo-
rumque 21. A retinenda 22. A status 23. A uindices - expectatam

(1) CIC. *De offic.* I, VII, 23.

(2) Cf. s. AUG. *Sermo* XLIX, cap. II, in *Op.* VII, 321; ed *Epistol. ad Hieron.* LXXXII, *ibid.* II, 285. In entrambi questi luoghi il Santo definisce la fede così: «Fides appellata est ab eo, quia

«fit quod dicitur». L'etimologia passò poi ne' lessicografi: cf. BALBI *Catholic.* s. v.

(3) Ved. ARISTOT. *Eth. Nicom.* V, 1; e cf. lib. IX, ep. x; III, 95.

(4) P. P. STATII *Thebaid.* II, 399.

- cuncta discernens, quantum homini licet, non potes, nisi velis et scienter velis, errare; virtutum perfectionem, inquam, et reliqua que tibi Deus sua benignitate concessit perspicens, vidensque quali te cum aliis alligaveris iuramento, michimet persuadere non
 5 possum te nimium aspicere dignitatem, quam communiter obtinuisse cum omnibus qui sederunt adhuc amodoque sedebunt in cathedra sancti Petri, magnum quidem est, sed tibi tamen hactenus commune cum multis, habituro tot etiam socios quot usque in finem seculi ad eandem pervenerint dignitatem. scisma
 10 vero tollere pontificatus gloriam deponendo, singulare quidem erit et unicum, et quod hactenus sit iam quatuordecim fere seculis, ex quibus fuerunt vicarii Ihesu Christi, penitus inauditum et forte, donec finis rerum veniat, nullis unquam temporibus audiendum. equidem arbitror, ut multi tradunt, a Petro tecum ducentos et
 15 octo summos pontifices extitisse⁽¹⁾; ut totidem habeas dignitatis socios, quibus te vides papatus titulo parem esse. multi, sicut tenemus et scimus, pro fide Christi fuerunt martyrio coronati; varia varii magnifica et memoranda gesserunt. renunciantium vero papatui preter unum, et ipsum illum sola rerum diffidentia⁽²⁾,
 20 nullum omnino memini me legisse; ut omnis quecunque gloria papatus sociorum multitudine communis, vulgata communicataque, non singularis vel unica dici debeat; gloria vero resignationis propter scisma tollendum totque pecudes errantes, quot credunt alteri vel obediunt, licet forte non credant, ad caulam
 25 et dominicum ovile reducere, tot reges, tot principes, tot populos,

Non può un uomo quale egli è preferire una dignità che, sebbene eccelsa, altri moltissimi possedettero,

alla gloria di conseguire, spogliandosi, un risultato così mirabile come sarebbe la distruzione dello scisma.

Tra i duecentotto papi che lo hanno preceduto, ottengono la palma del martirio parecchi; altri condussero nobili imprese a buon fine; niuno mai - ove un solo si eccettui - fe' il « gran rifiuto »; ora piegarsi a ciò per toglier di mezzo tanta iattura quant'è quella che offende il gregge cristiano,

1. *Ri per nisi dà non* 2. *A omette velis* VO per inquam legge in qua 3. *A pro-*
 spiciens 4. *VO obligaveris* 12. *A fuerint* 13. *A unquam* VO nunquam 14. *A et*
 quid. ut] *A ac* 20. *A omette me* 20-21. *A pone dopo* quecunque un sit e così fa
 VO che però lo colloca dopo papatus 23. *A quod* 25. et] *A ad*

(1) Veramente i pontefici, succedutisi sul soglio romano, da san Pietro ad Innocenzo VII inclusive, se dessimo fede al GAMS, *Series episcop. Eccl. cathol.* pp. I-III, sarebbero dugentosei; ma costui esclude Clemente VII e Benedetto XIII; tenendo calcolo di questi due, il conto del S. tornerebbe. Invece, ove si abbia presente la *Chro-*

nologie historique des papes inserita dal conte DE MAS LATRIE nel suo *Trésor de chronologie, d'hist. et de géogr.*, Paris, 1889, c. 1133 sg., i papi, compresi Clemente VII e Benedetto XIII, sarebbero già dugentotto e con Innocenzo VII diventerebbero dugentonove.

(2) L' allusione a Celestino V è evidente.

riuscirebbe tal titolo d'onore,

tot urbes atque provincias ad unitatem sancte matris Ecclesie revocare, tantum et tale meritum est talisque benedictio, cum

Natos natorum et qui nascentur ab illis⁽¹⁾

che niuna gloria varrebbe ad equiparare sicché per acquistarla si potrà non solo rinunziar al papato ma pur anche alla vita.

Se il figlio di Dio, per salvare l'umanità, volesse ser povero, servo, spregiare tutte le pompe del mondo, sacrificar infine se stesso;

non dovrà fare il suo vicario altrettanto per strappar infinite anime all'ombra della morte?

Lascerà egli che il gregge affidatogli vada in perdizione?

L'empio perirà - è vero - ma Iddio chiederà ragione del sangue suo a lui, se non avrà tentato distornarlo dal suo pravo cammino.

universaliter comprehendat, quod nulla gloria possit huic glorie comparari; ut nedum papatus, sed etiam ipsa vita libenter sit pro 5 talis reparationis merito deponenda. Deus ipse, qui non liber solum, sed in abstracto libertas est, quique nulli potest nisi sibimet inqualiter obligari, pro suis ovibus filium misit regem omnium et dominum universi, qui formam servi accipiens, adeo se, sicut inquit Apostolus⁽²⁾, exinanivit, quod, cum regem se fateretur 10 et esset, tamen dixerit: regnum meum non est ex hoc mundo⁽³⁾; et illud: vulpes foveas habent et volucres celi nidos; filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet⁽⁴⁾. ut ex his sine dubio dici possit, eum mundi regno divitiisque pro salute fidelium renunciasse; nec hoc fecisse solum, sed in maxime caritatis affectu denique vitam, hoc est animam propriam, posuisse⁽⁵⁾. 15 nunc autem tot anime quot tibi non credunt in tenebris et umbra mortis sunt⁽⁶⁾. quid facies igitur, successor Petri, qui iurasti quique promisisti et obligatus es, non liber ut Deus? penitebitne te et non facies sicut Deus, de quo scriptum est: iuravit Dominus et 20 non penitebit eum?⁽⁷⁾ permittesne gregem tibi commissum errare, imo perire post pseudovicarium veri Dei? scio quod dederit te Deus speculatorem domui Israel et quod impius morietur in iniquitate sua; sanguinem autem eius de manu tua requiret, ut apud Ezechielem dicit Dominus⁽⁸⁾. requiret enim si per te 25 steterit sique debitam diligentiam non appones, ut revoces filium

2. A tale & tant. 5. pro] A quod 9. formam] A fortuna VO a Deo 11. A VO dixit tamen A omette est 13. A dà due volte non hab. ubi] VO unde R⁴ C R i reclinet caput, ometto suum 14. A mundum regem (sic) 17. VO innanzi ad umbra pone in 18. A facis 22. VO pseudovicarii 23. domui] A dui (sic) 24. A omette in 25. A Ezechidem

(1) VERG. *Aen.* III, 98; ma il testo dà: « Et nati » &c.

(2) S. PAUL. *Philipp.* II, 7.

(3) S. IOANN. XVIII, 36.

(4) S. MATTH. VIII, 20.

(5) Cf. s. IOANN. XV, 13.

(6) Cf. *Psal.* CVI, 10; S. LUC. I, 79 &c.

(7) S. PAUL. *Hebr.* VII, 21.

(8) EZECH. III, 17-18, 20.

tuum et proximum tuum ab iniquitate sua et via sua prava ⁽¹⁾. noli negligere vel differre; sed, iuxta prelibatum sapientie regalis oraculum, discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue ⁽²⁾. colloquia redintegrationis et unitatis Ecclesie, crede mihi, caro et sanguis non revelavit vobis, sed pater noster qui in celis est ⁽³⁾. ille quidem vos inspiravit; ille dictavit vobis promissiones et iuramenta; ille vobis ostendit pulcritudinem unitatis; ille vos deflare fecit super abominando scismate quod patimur et videmus; digito Dei scriptum est quicquid tunc unanimiter subscripsistis. si venisset enim Christus corporaliter inter vos, quid potuisset vos clarius vel salubrius monuisse? memento, pater sanctissime, quod, cum eras per Dei gratiam cardinalis, per te principaliter Deus illa prescripsit, composuit, inspiravit, et quod unionis propositum semper prece-
 10 teris ardentius persuasisti, fovisti et prosecutus es. oro et supplico et exhortor, quod in illa voluntate sanctissima piaque et ardenti desiderio non tepescas. promptiorem fac te cuncti videant imperatorem esse quam militem, summum pontificem quam gradu proximo cardinalem. reminiscaris quam urgenter illi quon-
 20 dam tuo domino Bonifatio super hoc negotio scismatis incumbas, quibus ad id accendebas rationibus tuos fratres tunc temporis cardinales, quam graviter et moleste ferebas, cum idem non sentire tecum vel paulisper super hoc tepescere videretur ⁽⁴⁾. ille quidem obsessus passionibus, amore scilicet dignitatis et eius de-
 25 ponende metu, que rationem omnem ordinate mentis in eo perturbabant, egrotans, tua vel aliorum consilia non audiebat ⁽⁵⁾. nec

Si accinga dunque all'opera.

Tutto quanto fu fatto per l'innanzi all'intento di ricondurre all'unità la Chiesa si dee all'ispirazione divina;

ricordi il pontefice come, essendo egli cardinale, abbia per volontà di Dio ardentemente proseguito siffatto fine,

come senza posa sollecitasse a ciò Bonifacio IX,

cui le terrene passioni rendeano sordo ad ogni consiglio.

3. VO dederò 4-5. VO reintegrac. A redente grationis 5. A mihi crede 6. A omette est 8. A pulcritudine 9. Ri dopo digito aggiunge denique fortasse, che ne' codici manca. 10. VO scripsistis 11. VO quia 13. VO dopo prescr. aggiunge et 14. VO omette inspiravit ed altresì semper 15. A persuasti A VO omettono et dopo oro 19. A ardentem vel urgenter

(1) EZECH. III, 19.

(2) Prov. III, 3-4.

(3) S. MATTH. VI, 9.

(4) Niun altro scrittore del tempo fa, ch'io sappia, menzione di coteste insistenze del Migliorati; ma non v'è ragione di mettere per questo in dub-

bio la genuinità delle parole del Salutati.

(5) Mite si mostra qui, tutto sommato, Coluccio con Bonifacio IX, il quale negli anni che coprì la cattedra apostolica diè prove singolari d'inettitudine a tenere sì alto ufficio e sì brutto

Non cada egli
nello stesso errore:
nutra per l'unità
quello stesso zelo
di cui era prima ac-
ceso;

nè si faccia ripe-
tere la sentenza
che facile riesce ai
sani consigliare gli
infermi.

aliter esse poterat. tumultus enim et fervor passionum a serenitate tranquillitatis adeo mentem vellit, quod in illius turbationis motu nec consilia recipit nec intelligit rationem. tu, si sapiēs, ab hoc amore vel metu diligentissime te purgabis. imbibes atque nutries unitatis amorem; illam intuebere quibusque veniat sociata cum bonis tecum ipse considerabis. quod si facies et ex animo atque ferventer facies, crede michi, videbis in ea publicam utilitatem, animarum salutem, directionem Ecclesie, pacem atque leticiam conversationis hominum universe. sin autem teneri videbere dignitatis amore, quod tanto periculosius est quanto clariorem cernimus apostolicam sedem omnibus prelaturis, nonne poterit Terentianum illud dici:

Facile omnes, cum valemus, recta consilia egrotis damus;
Tu si hic sis aliter sentias? (1)

Ma basti della
cessione,

di cui ha parlato a
lungo, perchè que-
sto passo è il più
difficile a fare e da
chi sia pronto ad
affrontarlo si può
attendere ogni co-
sa.

Non pensi però
ch'ei voglia ecci-
tarlo soprattutto a
ciò, nè che ponga
in dubbio la co-
stanza dei propo-
siti suoi,

sicchè dir si possa
che Innocenzo è
più tepido di Co-
smato;

sed hec de cessione tibi satis. parum autem; volenti quod ratio iubet forte nimis.

Plura tamen de cessione diximus, quoniam hunc passum difficiliorem ceteris reputamus, ut qui fuerit ad hanc dispositus, sine labore sit ad quidlibet aliud dirigendus. non sumas ergo que dixi sicut qui velim vel persuadeam hoc precise te facere meditari vel procurare, nec quod putem ab illo sanctissimo proposito, quod semper, cum maior esses multis, sed cum multis, nunc, cum factus es omnium maximus atque solus, te deposuisse vel immutasse; sed ut ad unitatem hanc viis omnibus te componas et de dignitate securus, depositionem etiam, si fuerit necessarium, non horrescas; ne, quod contra rationem nominum tuorum est, minus in hoc fervens videaris Innocentius quam Cosmatius (2).

1. A alter 1-2. A serenitatis (?) 4. A inibiles 7. Tutti i codd. e Ri eam
9-10. C videberis 12. C dopo poterit aggiunge tibi 13. cum valem.] A convaletur
VO vellemus corretto in valemus 20. A dopo dixi aggiunge tibi 23. A effectus
24. VO omette ut 25. A reca si aggiunto in interlinea.

della più lercia simonia. Ved. il quadro, tutt'altro che edificante, lasciatioci de' costumi suoi da Teodorico di Niem nel *De schism.* lib. II, cap. vi sgg., col

quale del resto molti e molt'altri contemporanei si accordano.

(1) TERENT. *Andria*, II, 1, 310-11.

(2) Scrive P. M. BAUMGARTEN, op.

quod enim grece *cosmos* dicitur, *mundus* apud Italos appellatur⁽¹⁾. *Cosmatus* ergo *mundanus* sonat; quod cum tibi nomen fuit, celestis in omnibus, sed in hoc precipue semperque pre ceteris extitisti. nunc autem, cum, sicut Deo placuit, Innocentius
 5 appelleris, mutaberisne forsitan in nocentem? absit a te, pater sanctissime, talis error. sed sicut de mundano factus es innocens⁽²⁾, ita sanctissimorum operum bonitate meraris re, non solum nomine, sanctissimus appellari. sed cum de te summa michi fiducia summaque spes sit, nimis metuo circumstantes et illos
 10 magis qui tibi propiores sunt dilectione, fide, gradu, conversatione, sanguine vel affinitate; qui, si te spiritualiter, non carnaliter diligerent amarentque te vero amicitie genere, propter te, non propter se, non essent michi formidolosi nonque tibi scandalo, sed adiumento. viderent te sedentem in cathedra, si scisma nutrias, pesti-
 15 lentie⁽³⁾; si vero sustuleris, dignitatis et glorie. si de scismate tollendo non cogites vel non cures, viderent te in sede tumoris atque superbie, qualem ab aquilone ponere creaturarum pulcerrimus cogitavit⁽⁴⁾. viderent etenim atque potius vellent gloriosum te fore quam papam. sed qui carnaliter et ad utilitatem vivunt suam, quo

Se di « monda-
no » ch'egli era,

è divenuto « inno-
cente »,

come potrebbe non
manifestarsi anche
nelle operazioni de-
gno di cotal nome?

Pur nutrendo
somma fiducia nel
papa, Coluccio te-
me di chi lo cir-
conda, dei parenti,
degli amici,

i quali, invece di
consigliarlo a do-
vere,

bramosi soltanto
dell'utile loro,

3-4. pre cet.] *A* preceptis 4. *VO* omette autem 5. *A* *VO* innocentem 6. *Ri* si ut
A est 7. *VO* meraris 8. *A* sanctissimis *VO* omette michi 10. *A* *VO* propiores *VO*
 però *pospone* tibi e *Ri* pure dà propiores *VO* dilectione 11. *VO* affana* (*sic*)
 13. *Ri* per michi dà imo *VO* non ess. form. *Ri* neque 14. *A* *R*⁴ *Ri* cathedram
 17. ponere] *VO* pot' (*sic*) 19. *A* *VO* quia

cit. p. 92: « Non è del tutto chiaro « se questo personaggio [il Migliorati « cioè] si chiamasse *Cosmas* o « *Cosmatus*. Ambedue le forme « occorrono, così che siamo costretti « di (*sic*) ammetterle ambedue ». In verità, tutti i documenti autentici e sincroni da noi veduti - ai quali vien ora ad aggiungersi la testimonianza del S. - recano costantemente « *Cosmatus* ».

(1) Cf. PAPIAS, *Elem.*; BALBI *Catholic.* s.v. *cosmus*. Quest'ultimo registra tra i derivati dalla voce greca *cosmarius* e *cosmicus*; non già *cosmatus*.

(2) Questo gioco di parole su « in-

« nocente » ed « Innocenzo » era troppo conforme ai gusti del tempo, perchè non lo si ripetesse da tutte le parti. Poca meraviglia pertanto ci farà vederlo ricomparire persino nella solenne lettera circolare con cui il sacro collegio annunziava alla Cristianità tutta come « die praefato .xvii. christianis-
 « simus olim dominus cardinalis Bo-
 « noniensis... electus extitit in pon-
 « tificem summum et vere innocens
 « Innocentii sibi nomen assum-
 « psit »; MARTENE-DURAND *Thes.* cit. II, 1277 sg.

(3) Cf. *Psalm.* I, 1.

(4) Cf. Isa. XIV, 12-13.

per conseguir onori, ricchezze, potenza. vagliono ch'egli s'ia e resti papa.

Or da costoro si guardi bene Innocenzo;

non dia retta alle loro fallaci e blande suggestioni;

ma tenga sempre presente il suo giuramento.

Con esso è congiunta indissolubilmente la sua eterna salute: per quella sola via ei può pervenire alla nieta.

divitiis abundant, honoribus splendeant et dignitatibus ac potentia venerentur, te cupiunt esse papam et solum atque catholicum fore papam; sperant enim omnia per te non solum que dicta sunt consequi, sed quicquid etiam a cupidissimis potest optari⁽¹⁾. istos, obsecro, sanctissime pater, caveas, imo fugias, eosque in his que ab unione te distrahant et divertant non solum non exaudias, sed nec audias. nimis enim efficacia sunt et irrefragabiliter persuadent que positis in dignitate, quo statum conservent suum, sub obtentu dilectionis et amoris a domesticis suggeruntur. fidelis quidem est persona fideleque consilium creditur, quod ad id quod diligas exhortatur. sed si filio sique servulo credes tuo, sanctissimam unionem, quam promisisti, vovisti iurastique, ante mentis oculos semper habebis, illam diliges, illam queres, ad illam totis affectibus suspirabis. non petas nec audias super hoc consilium, sed voti reminiscaris tui, cuius necessitati te libere subiecisti, imo quod voluntarium erat in necessarium commutasti. eterna salus anime tue cum hac unitate iuncta est. si te salvum cupis, per unitatem istam transeas necesse est. omnis alia via non arcta, non difficilis solum, sed inaccessibilis prorsus est. nam quantum ad consilium attinet, ante consulendum fuit quam promitteres; si quidem de necessariis nullum omnino consilium est. quid enim aliud, si fidele consilium fuerit, audies, nisi quod promissiones

1. ac] VO et 2. VO venerent 4. VO exoptari 6. A unione et] AC VO aut
9. Riobtentia 10. VO invece del primo quod reca quid 11. VO tuo crede (sic) 13. VO diligis
14. affectibus] A viribus 15. A necessitate ed omette te 16. A omette in
18. A illa 19. VO accessibilis 20. VO omette fuit 20-21. VO si quid 22. si] VO nisi

(1) Queste parole molto crude, a dir vero, erano pur troppo esatte. Innocenzo VII si mostrò sempre debolissimo coi figliuoli de' suoi due fratelli, l'uno de' quali, Giovanni di Antonio, che aveva abbracciata la carriera ecclesiastica, fu da lui, ancor cardinale, con licenza di Bonifacio, nominato in suo luogo vescovo di Ravenna (15 settembre 1400); e quindi, cinque anni dopo, nel concistoro del 12 giugno, innalzato alla porpora (cf. CIACONIUS, op. cit. II, 721; BAUMGARTEN, op. cit. p. 93 sgg.); mentre l'altro, Lodovico

di Gentile, soldato ambizioso e violento, che doveva continuare la famiglia, conseguì la dignità di marchese e rettore della Marca, il titolo di capitano generale delle armi della Chiesa e la signoria di Fermo (18 ottobre 1405), sebbene coll'orribile strage di sua stessa mano perpetrata di alquanti cittadini romani, avesse fatto scoppiare nell'agosto del 1405 quella rivolta, che cacciò dall'Urbe il pontefice e tutta la corte sua. Ma di ciò diremo più largamente nelle note all'ep. XVII di questo medesimo libro.

impleas tuas, quod recta compendiosissimaque via pergas ad unitatem? quid respondebis eterno iudici, cum in examen eius veneris, quo sumus omnes tandem, quantumcunque distulerimus, perventuri? ostendet ille chirographum quem fecisti: ponderabit
 5 tecum tecumque discutiet verba tua. promisisti, dicet, quod quam citius commodè fieri poterit, omni tergiversatione ac dilatione aut alia quacunque occasione omnino cessantibus et remotis, omni modo, via et forma, quibus poteris, effectualiter procurabis et operas sollicitas et efficaces tibi possibiles interpones ac totis viribus et
 10 posse facies, quod scisma de sancta mea Ecclesia removeatur ac radicitus extirpetur et sancta mater Ecclesia ad unitatem toti orbi necessariam reducatur. et quod circa predicta expedienda et ab ipso plenarie adimplenda et effectualiter ac sollicite executioni debite demandanda cordialiter et possetenus attendes, nichil de
 15 necessariis et utilibus et quomodolibet opportunis penitus omit- tendo, etiam usque ad renunciationem seu cessionem per te faciendam inclusive, si fuerit expediens ad executionem predicto- rum. hec verba tua sunt⁽¹⁾. memento: quam citius com- mode fieri poterit, omni tergiversatione ac
 20 dilatione cessantibus et remotis. quicquid hoc distulit contra votum fuit, tergiversatio fuit et omnino tale, quod eo contra fidem et sponsionem tuam me graviter offendisti. quid respondebis domino Deo tuo taliter increpanti? an primi parentis imitatione referes: cardinales et alii quos dedisti michi
 25 socios, sic consuluerunt et ita secutus sum, ut illi suggesserunt

Che risponderà egli, ove venga meno alla promessa, al sommo giudice, quando tratto dinanzi a lui, gli sarà mostrato il suo chirografo, domandandogli conto stretto della trascurata obbligazione?

Vorrà egli gettar allora la propria colpa sui consiglieri?

1. Dopo tuas A VO aggiungono nisi VO pergis 3. VO omette tandem 4. Ri quod A ponderabit 5. AC omettono il primo tecum Ri omette tec. disc. 6. VO dilectione 7. Dopo remotis Ri aggiunge et 8. A VO dopo effect. aggiungono et sol- cite 9. ac] VO et 10. mea] VO matre 11. VO omette ecclesia e dà toto orbe 12. VO reduceretur A reduceretur circa] VO archā (sic) 13. Tutti i codd. ipsa; ma il Compromesso ipso che ho restituito a suo luogo. VO omette et ac] A VO et 16. etiam] A esse 17. A fiendam 18. citius] VO atius 19. A tergiffatione 19-20. VO et dilectione 21. A tergiffatio VO tergiffacio A omette tale cui sostituisce fuit 24. Ri per michi dà in, frutto d'erronea lettura di R⁴.

(1) Da r. 5 a r. 18 il S. ha trascritto quasi letteralmente (secondochè le esi- genze del suo discorso gliel consenti- vano), ma omettendo qualche parola

ed un intero inciso, un brano del Com- promesso sottoscritto il 14 ottobre 1404 dai cardinali; cf. MARTENE-DURAND, op. cit. II, 1274.

Ne avrà in risposta
che i consiglieri
erano fallaci e che
egli il sapeva

Non voglia dun-
que presentarsi al
celeste tribunale
colla taccia di ne-
gligente osserva-
tore della sua pa-
rola, per non in-
correre in aspri
rimbrotti,

giacchè il giudice
supremo gli rinfac-
cerà di non aver
percorso il cam-
mino apertogli da
lui,

d'aver tergiver-
sato,

rifiutato di discu-
tere,

d'essersi indugiato
ad attendere, forse
dei suoi diritti, un
trionfo

michi?⁽¹⁾ quid autem replicanti subicies: promisisti sollicite
procurare interponereque, si recordaris, operas efficaces, ut scisma
de mee sancte Ecclesie corpore depellatur? an putas me non
vidisse quod illa consilia dilationem unionis nutriendique scismatis
spacium exhibebant? an credis me nescire quantum tibi status
apostolici sublimitas blandiebatur? scrutor renes et corda⁽²⁾; vide-
bamque quid illi consultores tui sibi, quidque tu temet tibi, dum
in consultationem adduceretis, suadebatis. hec et alia tunc incre-
panti Deo, teque non de tergiversatione dixerim; equidem credo te
per Dei gratiam illo vitio mundum esse et sine macula turpitu-
dinis eius fore, quicquid ingruat vel contigerit in futurum; sed
de negligentia arguenti; quid tunc, inquam, dilationem et negli-
gentiam increpanti tuam requirentique sollicitudinem quam iurasti,
poteris respondere, nisi: peccavi, Domine, miserere mei?⁽³⁾ quid
respondebis ulterius arguenti: brevissimam et compendiosam pa-
ravi tibi viam tollendi scismatis, quam adversarius obtulit, ces-
sionis; paravi quidem et docui et ostendi fecique quod eam vo-
veres michi, matri mee meisque apostolis et electis, promitteres
tunc sociis iuraresque, sicut verba tua sonant, communiter uni-
versis. quid cessasti? quid dilatione, quid consilio fuit opus?
cur non recta via in id quod promiseras perrexisti? cur recu-
sasti cum adversario convenire? cumque ius foveres vel saltem
crederes te fovere, cur viam discussionis et iusticie negavisti?
quid fuit ista respuere nullamque viam offerre, que tibi grata
foret, nisi tibi non esse curam gregem meum scismate divisum
in illis tenebris permanere? sed expectasti carnaliter, ut sunt
hominum vanitates, causa confisus tua, quod ille cederet teque
verum recognosceret in pastorem, quodque tot prelati, tot reges,
tot principes totque domini, tot urbes et tot populi, quot in illa
mortalium cecitate, quam summa iusticia misericordiaque summa

2. *Ri omette* que dopo interpon. *VO recorderis opera* 3. *VO dopo* corpore dà
deb e quindi depell. 7. *A* tumet 8. *A VO adduceres A omette* tunc 9. non] *VO vero*
A terguilfat. 10. *Ri omette* et 11. *VO contigerint* 12. *VO quicquid* 17-18. *A no-*
vens 18. *VO promittens* 20. *Dopo opus VO dà* in 21. *A perrexisti* 22. *ius]*
A R† Ri vix 23. *cur] VO cum Ri via* 24. *Ri respicere* 27. *A varietates* 28. *VO*
cognosceret Ri omette que dopo quod 30. *A dopo quam fa seguire iam*

(1) *Gen.* III, 12.

(2) Cf. *Psalm.* VII, 10; *Apoc.* II, 23 &c.

(3) Cf. *Psalm.* L ed infiniti altri luo-
ghi delle Scritture.

permisi, post Clementem Benedicto credebant sequentes eum, se fuisse scismaticos eterna cum infamie nota petentes a te veniam, teque meum esse vicarium faterentur. sed quotidie stultas facio prudentias hominum ⁽¹⁾; voloque quod humiliatus, non in illa dignitatis superbia tumens, scisma sustuleris, et universum terrarum orbem in perfectam renovaveris unitatem.

Sed omittamus divinum illud examen, cui quidem omnes sine dubio reservamur, et ista pene carnaliter ponderemus. hinc apex apostolicus, summi pontificii dignitas gloriaque papatus, sed talis quod in ipso positus summus antistes Gregorius se servum servorum Dei non dubitaverit appellare ⁽²⁾; sed talis quod idem pastor se dignum illam non putaverit obtinere ⁽³⁾; sed talis que viventi fluat; post hoc autem exilium vix memoria valeat retineri. inde vero salutis culmen, humilitatis summe meritum inextinguibilisque glorie fundamentum, cuius auctor, non servorum servus, sed salvator scismate pereuntium iure poterit appellari; humilitate Deo proximus, quo nichil altius possit tribui cuique nulla mundana gloria valeat comparari. quid facietis; ut ambobus loquar; inde tu, qui publice per tuos nuncios viam etiam cessionis, ut scisma cederet, in oculis tante multitudinis vero Christi vicario primus et incipiens obtulisti; tuque hinc, qui, velut stipulatione respondens, idem Deo, superis et inferis vovisti, promisisti, iu-

ch'egli voleva a lui, umile, non superbo, conferire.

Ma, lasciando da parte ciò, si venga a considerar la cosa praticamente. Di qua v'è la dignità papale:

di là la certezza della salute eterna, d'una gloria inestinguibile.

Come possono i due rivali esitar nella scelta? L'uno, che ha già offerto di rinunziar al soglio, l'altro, che a Dio innalzò la stessa promessa, che intendono fare?

1. VO promisi 2. Ri putantes et ad te venientes 3. teque è aggiunta mia.
4. VO noloque ed omette in 7. VO omittimus 8. Ri hic 10. A in isto, ma cancellato. VO impositus 12. Ri quod 14. Ri index - summa 14-15. A inestinguab.
17-18. A glor. mond. (sic) 18. A facies 19. Ri omette inde 21. A VO huic 22. A super his corretto in superis - novisti

(1) Cf. s. PAUL. I Cor. I, 20.

(2) Il qualificativo « servus servorum Dei », che negli atti papali segue spessissimo la parola « episcopus », quantunque si trovi adoperato qualche volta prima di san Gregorio, è però stato usato in particolar modo da questo pontefice per opporlo, secondochè vogliono, al titolo troppo pomposo di « vescovo ecumenico », adottato da Giovanni il Digiunatore patriarca di Costantinopoli. Dopo i tempi di Gregorio, i papi servironsi so-

vente di questa formula; essa non entrò tuttavia definitivamente negli usi della cancelleria per la redazione delle bolle, ove è ancora in vigore, se non sulla fine del IX secolo. Ved. Comte DE MAS LATRIE, *Les éléments de la diplomatique pontific.* in *Revue des quest. histor.* a. XX, 1886; XXXIX, 423-24; a. XXI, 1887; XLI, 404.

(3) PAUL. DIAC. *S. Greg. papae vita* in S. GREG. papae I *Opera*, IV, 5-6; IOH. DIAC. *S. Greg. papae vita*, lib. I, capp. XXXIX-XL, ibid. coll. 36, 38 &c.

Ad ambedue egli
dirige la sua ri-
chiesta,

in nome di tutta la
moltitudine dei fe-
deli, della quale si
considera quasi il
rappresentante;

ad ambedue grida
quanto più sae può
di mantenere fede
ai patti giurati.

Mostrino di es-
sere stati sinceri:
che alle parole cor-
rispondono i fatti.

Abbastanza han-
no meditato su quel
che doveano fare:
ora dian mano al-
l'opera:

Non attendano
così a lungo da
doversi pentire di
non aver fatto ciò
ch'era loro obbligo
di compiere.

rasti? ⁽¹⁾ quid ambo facietis, inquam? ibitisne facto per inficias
et differendo tergiversandoque a tam sancto proposito discedetis?
vos ambos non meo solum sed cunctorum fidelium nomine;
quorum cum negocia fideliter et utilissime faciam, quod gestum
fuerit ratum habere debeant atque cogi * *; meo fideliumque cun- 5
ctorum nomine de scismatis huius angustis in vere caritatis
incendio zeloque clamans et alte clamans, ut firmis lateribus
emissam vocem meam huius scriptionis ministerio mundus totus
audiat, quique debet et potest exaudiat; appello, requiro, obsecro
et obtestor: prestate fidem, facite quod dixistis. non fuerint hec 10
ostentationes et verba; sint, exoro petoque, sicut vestra salus et
omnium exigit et singulariter vester honor, observationes et facta.
non sint, ut vulgo dici solet, mille millia passuum inter dictum
et factum ⁽²⁾. sint consona dictis facta nec consona solum, sed
sequacia, sed propinqua, sed immediata. consuluistis ambo, sicut 15
arbitror; sine consilio quidem nec tu obtulisses nec tu iurasses.
nichil, inquit Sapiētiſ imitator, sine consilio facias et post
factum non penitebit ⁽³⁾. verissimum hoc tenete; nec enim pe-
nitebit vos nisi non fecisse vel forsitan distulisse. nolite tanto
salutis vestre nostrequē periculo penitere vel expectare quod vos 20
peniteat. serum nimis est quod post penitentiam agitur, nec
serum solummodo, sed molestum et ingratum.

3. A ambo 4-5. Il passo è oscuro; ma non vedo mezzo di chiarirlo senza gravi mo-
dificazioni. Forse il copista di Coluccio omise per sbaglio una intera frase. 6-7. A dopo
carit. dava angustio cassato e sostituito con incendio - celoque 8. VO omette mundus
10. A VO que A nōc VO fuerunt A hoc 11. Ri exoroque A omette sicut 13-14. A
libertà e l'autonomia popolari, avevano rialzato la testa e rivendicati ad uno ad uno, protetti da re Ladislao, i loro antichi diritti, proruppe in asprissima guerra, dopochè il papa, stanco di cedere, rifiutò ai sudditi, fattisi troppo imperiosi, il possesso di Ponte Molle. Esasperati dalla ripulsa, onde vedean forse riconfermati i sospetti loro che l'Orsini li potesse cogliere alla sprovvista, i Romani decisero di impadronirsi colla forza del ponte, e la notte dall'1 al 2 agosto diedero l'assalto alla torre che lo difendeva. E già, sopraffatte le milizie pontificie, stavano per entrarvi, quando l'accorrere di nuovi rinforzi dalla città Leonina, ruppe i loro disegni. Costretti a ritirarsi, attesero furibondi a preparar la riscossa, mentre dall'altro canto le truppe del papa, accampate a S. Pietro, s'apprestavano a respingere i nuovi assalti. Così corsero tre giorni, dal due al cinque agosto; ne' quali tra i preparativi di battaglia dovettero tuttavia trovar luogo delle trattative di pace, se il 6 agosto un'ambasceria dei Romani, formata da quattro cittadini della più antica nobiltà, da due de' sette « gubernatores libertatis rei-publicae Romanorum », un imbusolatore, un caporione, un dottore di leggi, un notaio ed alquant'altre persone, si recò al Vaticano per definire la controversia del Ponte Molle e ristabilire la concordia. Ma ecco, mentre la comitiva, licenziatasi dal pontefice, ritornava verso il ponte Gianicolense, per la via che ora dicesi « la Lungara », accanto al palazzo di S. Spirito, assalirla una mano di sgherri capitanata da Ludovico Migliorati, il nepote di Innocenzo VII, che, agguantatine dodici, li trasse a

forza dentro il palazzo, e dopo averli spogliati ed uccisi pressochè tutti (un solo, Giovanni Calvi, par sfuggisse alla strage), li gettò dalle finestre sulla pubblica via. Il truce delitto, non appena conosciuto, fe' insorgere tutta Roma. E la rivolta apparve minacciosa tanto, che la corte sbigottita perdè il senno: non si vide altra via di salvezza che la fuga non fosse: e la sera stessa, mentre alle porte della città Leonina già ruggiva furiosa la moltitudine, Innocenzo con sette cardinali e tutta la curia correva pazzamente alla volta di Sutri, d'onde l'8 agosto partiva per Viterbo e quivi, rassicurato, posava. Cf., a tacere d'altri fonti, il magistrale lavoro d'I. GIORGI, *Relaz. di Saba Giaffri... int. alla uccis. di undici cittadini romani &c.* in *Archivio della Soc. Rom. di storia patria*, 1882, V, 165 sgg., e le recenti considerazioni di P. BRAND, *Innocenzo VII e il delitto di suo nipote L. M.* in *Studi e docum. di storia e diritto*, 1900, XXI, 179 sgg.

Leonardo Bruni fu travolto come gli altri compagni suoi nella disordinata partenza; egli era stato spettatore, se non della strage compiuta dal Migliorati, delle prime conseguenze di essa; tornando dalla città in Vaticano, per poco, il 6 agosto, non aveva perduto la vita, cadendo vittima del furor della plebe. Già lievemente febbricitante prima che i fatti ora narrati s'accompiessero, appena giunto a Viterbo venne sorpreso da una violentissima febbre, la quale lo afflisce senza tregua per venti giorni continui (Luiso, op. cit. ep. 10, p. 10). Ed a rendere più intollerabile il suo stato, concorrevano le condizioni esteriori; la mancanza di medici, di far-

sed mortuorum, de quibus inquit Veritas: sinite mortuos sepelire mortuos suos⁽¹⁾. mortuis siquidem istis metuenda mors est, non illis qui fide viva meritisque virtutis iam pedem in eternitatis ambitum posuere quique non solum spe vivunt sed iam quodam modo re participant nunquam mori. sicut enim istis prelucet claritas, que vitam spondet, sic illis obscuritas ante oculos obversatur, alteram mortem nuncians. eram ergo de te bono animo speque certa te metu vacuum ex illis omnino quibus labascunt alii non pendere; sed cogitabam te multis carere subsidiis, quibus solent infirmi humane fragilitatis condicione non solum quandoque, sed plurimum indigere. non deerat, arbitror, iocunditas et frequentia comitatus; sed vere, sicut scribis, me locus insolens carensque necessariis deterrebat. deterrebat etiam urbicus letifer et horrendus ille tumultus, qui te totamque curiam ex Urbe precipitem dedit, quem putabam metu, consternatione rerumque novitate non animum tuum solum, sed corpus etiam perturbasse; verebarque simul hec cum incommoditatibus et periculis vie locique concepti morbi causam esse. sed Deo gratias; tu morbo et ego simul egritudine, qua moleste ferebam te non valere, liberati sumus. verum, ut ex epistola tua concipio, longe plus animo quam corpore, si vera sunt que scribis, egrotabas. quid enim

4. Cod. uiuut 5. Cod. proluc.

machi: Viterbo, impoverita dalle lunghe guerre, non offriva nulla che sollevare potesse le sue sofferenze: nemmeno un po' di vino, una melagranata... Sicchè, a mala pena ristabilito, s' affrettò a scrivere al S. per dargli conto del malanno toccatogli, sicuro di esser sinceramente compatito da lui come da un padre, una lettera che, disgraziatamente, non possediamo, forse perchè Leonardo stesso più tardi ha creduto bene sopprimerla (cf. però *Ep.* lib. I, ep. x; I, 19-20).

Egli difatti si era sbagliato ne' suoi calcoli. Avvezzo a trattar sè medesimo senza riguardo veruno, a sostenere con costanza non meno cristiana che stoica tutti i dolori, morali o ma-

temer difatti di morire è sentimento indegno di chi vive secondo lo spirito;

ma perchè lo sapeva privo di molti tra i sussidi che valgono a lenire le malattie.

Ripensava alla povertà del luogo,

alla commozione dal Bruni provata per i tumulti romani; e dubitava che da tutto ciò fosser state accresciute le sofferenze dell'amico.

Ma dall'epistola sua ora arguisce che Leonardo era forse più ammalato di mente che di corpo.

teriali che fossero, il S. esigeva dagli amici pari fermezza d'animo. Le querele del Bruni dunque in luogo di commoverlo, l'irritarono: gli parvero sconvenienti alla gravità, al senno di tant'uomo: sicchè, rispondendogli colla presente, in luogo di trattarlo con blanda amorevolezza, cedette all'inclinazione sua, irresistibile, di fargli la predica. Mal gliene incolse però; chè la lettera, capitata in cattivo punto, provocò tale e tanto dispetto in Leonardo da ispirargli una replica addirittura ingiusta e maligna. Ma per ciò vedansi le note all'ep. xxi di questo libro, p. 147 sgg.

(1) Cf. s. Luc. IX, 60: « sine ut « mortui sepeliant mortuos suos ».

Egli si duole di fatti di non aver ritrovato in Viterbo verun altro medico che certo Ebreo non fosse, meglio capace di avvelenare che non di guarire altrui; sicchè ei non volle affidare a mani siffatte la sua vita.

Scherza intorno a ciò: un medico che sa come s'ammazzino gli infermi, può, evitando di curarli, lasciarli campare.

Del resto o i rimedi chesi somministrano agli ammalati non sono veleni i più? È questione di dosi.

E poi chi può dire con certezza se le medicine giovinno o danneggino?

La sola cosa che si può sperare prendendole, è che non facciano male. Se fan bene è un di più.

Ma Leonardo si lagna pure di non aver trovato in tutta la città vino che gli conferisse;

te gravabat, quid conquereris, nisi quod nichil erat in istac urbe; quo verbis utar tuis; quod te iuvare posset? primo quidem, inquis, medicus nemo preter quendam Hebreum, qui nichil in arte medicina didicerat nisi quibus poculis homines necarentur. huic, ais, me graviter committere nolui; si enim moriendum erat, natura potius duce migrare e vita prestabat quam per tormenta levissimi et ignavissimi medici ad mortem compelli. sed dic, carissime Leonarde, si novit ille medicus pocula quibus homines necantur, quid in eo peritiae ulterius requirebas? velit Deus quod nunquam eruditior michi contingat medicus quam qui mala cognoscat et letifera medicamenta. si me quidem ab illis custodierit, non dabit pharmaca nisi bona, quae, quod summe michi videtur in istis optabile, vel proderunt vel, quod secundum esse creditur, non nocebunt. creditur autem dixi, nam primum optandum arbitror, postquam sumpseris medicinam, quod omnino non noceat; alterum vero, quod prosit. nam, cum omnis medicina venenum sit, utpote quae si dosim debitam immoderate transierit vel sicuti virus officiat vel occidat et etiam, si plus equo non sumitur, sic aliquando prosit, quod in aliquo semper ledat, nonne principalius optare convenit quod non ledat; secundum vero quod prosit; hoc est plus utilitatis afferat quam detrimenti? o quotiens post sumptas, quae credebantur salutiferae, medicinas, desiderata valitudo est non solum non absolute bona, sed nec etiam qualem habere nos antea dolebamus? et ut super hoc concludam et de medicinis istis meam sententiam habeas, optandissimum est quod non noceant, expectandum vero sic est quod iuvent, quod omnino sperandum non sit. sepe quidem et multum ac etiam multos tam medicos quam egrotos istarum rerum eventus expectationem fefellit.

Sed ad reliqua quae subinfers accedamus. deinde, sicut scribis, nichil vini in tota illa urbe inveniri poterat, quod leve esset atque subasprum; omnia enim cruda, prepotentia, fumantia, gravia.

1. Cod. conquerens 5. Si sarebbe tentati d'introdurre dopo graviter un egrotum: ma forse graviter vuol qui significare « prudentemente »? 23. Cod. omette non dopo solum e nec dopo sed, che io ho introdotto come necessari al senso, che altrimenti non corre. 28-29. Cod. dà istar. rerum fefellit; le parole event. expect. son aggiunte da me.

querebam punicorum malorum succum, quo vini loco solent uti egrotantes; nichil etiam huius reperiri quibat. confectiones nulle erant que calci cederent, dure, insulse, immunde, utpote ex rebus non bonis a malis artificibus confectae; zuchari summa inopia et id
 5 tantum quod erat vetustum et squalidum; hoc est sine ullo nitore; cernebatur. postque, ne totum rescribam, sed breviter cuncta complectar, quasi per contentionem enumerans, dicis hec omnia Florentie abundare. et de nostre urbis sufficientia, abundantia et copia insufficientiaque civitatis Viterbii nullo modo contendam;
 10 verissima quidem sunt. omni quidem tempore, sed hac tempestate precipue, qua bellis diu efferbuit illa pars Etrurie, que dexteram ripam Tiberini fluminis infra Perusiam adiacet, mediterranea civitas istec Viterbii deliciarum indiga semper fuit ⁽¹⁾. sed per immortalis Dei maiestatem estne municipibus civitatum opulen-
 15 tium beatitudo? potestne tantum et tale bonum in rebus corruptibilibus inveniri? scio quod tantum non consentiunt Stoici; quodque mirabilius est, volunt etiam Epicurii felicitatem in his non consistere; sicut nec Stoici consentiunt in voluptate, licet Peripateticorum humanitas velit ista quodammodo perficere beatitudinem,
 20 quam diffiniunt bonorum omnium redundantiam et congregationem; ut secundum eos etiam ista temporalia; quod obnixè contra contendunt Stoici; consequens sit inter bona, licet bonum possessorem earum non faciant, numerare. quorsum te duxit passio, Leonarde? verum id non admiror. Aristotelis quidem in *Ethicis* sententia est egrotantes sanitatem, mendicantes vero divitias estimare felicitatem ⁽²⁾. sed transisse tibi debent, imo iam pridem occidisse prorsus hec pathica debesque secundum rationem vivere loquique et hec hactenus reliquisse. quod posthac ut facias oro. volo quidem audire videreque te loqui non ut
 30 hominem, sed ut virum; non ut unum de populo, sed ut so-

non confezioni, che non fossero vecchie, muffite, immonde; poco zucchero e quel poco stantio e sporco:

tutte cose che a Firenze abbondano.

Certo Viterbo è stata sempre spoglia di quanto può confortare la vita; e peggio che mai ora.

Ma sta in ciò forse la felicità?

Così non la pensarono gli Stoici e neppure gli Epicurei, né (quantunque da coloro in parte si discostassero) i Peripatetici.

Leonardo non doveva lasciarsi dal morbo traviare a tal segno da scrivere quel che scrisse.

Non cada più in tale errore: si mostri in avvenire un uomo vero.

3. insulse] *Cod.* insule
 17. *Cod.* nolunt

7. *Cod.* enumeras *Dopo* enum. *cod.* dà et che ho tolto.

(1) Coluccio parlava per esperienza propria, avendo trascorsi sei mesi a Viterbo (dall'aprile al settembre 1369), quando stava ai servigi di papa Urbano V: cf. lib. I, ep. XIII; I, 91; la corte

anche allora aveva molto sofferto per la deficienza delle cose più necessarie; ed i lagni de' curiali salirono tant' alto da provocar la bile del Petrarca.

(2) ARISTOT. *Eth. Nicom.* I, IV, 3.

Ei non doveva pensare allo zucchero, al vino, alle mele-granate,

phum; non ut qui voluntatem sequuntur, sed qui voluntatem subiciunt rationi. vellem quidem morbum illum, non de zucchero, non de vinis, non de malis granatis, non de medicis te fecisse sollicitum, sed fragilitatis humane, sed ultime salutis admonuisse. nam, ut noster Malandux in *Bucolicis nostris* inquit:

5

Esse deos sani miserasque incumbere nobis
Nescimus mortes, sed tandem credimus egri⁽¹⁾.

ma solleva l'intelletto ad alte meditazioni, predisposti occorrendo a ben morire.

Certo e in onnipensia che l'amico abbia voluto entrare nel gregge di Epicuro;

ma stima che l'insipia di Viterbo, paragonata alla ricchezza di Firenze, sia stata per lui ottimo pretesto a celebrare di nuovo la patria, già esaltata in una ornatissima orazione.

hoc audire vellem et ex te scire quali mente morbum, cum ingravesceret, tolerabas; an unquam de exitu cogitasti qualique dispositione Deo te composuisti. iste sunt honeste meditationes egrorum. nec oportebat te quasi per antipophoram questioni tacite respondere: scio te nec Democritum vivere nec Aristippum nec sequi totum ventri deditum Epicurum⁽²⁾. didicisti quidem Ciceronem nostrum eorum disputationem, qui arcte tenent accurateque defendunt voluptatem esse summum bonum, diffinire vocem pe- 15
cudum esse, non hominum⁽³⁾. non erat michi suspitio te taliter collapsum quod ista sentire; sed ea omnia te referre videbam ad incomoda, quibus Viterbium incolens vexabare, quibusque degens Florentie caruisses. quod tanto vehementius effecisti quanto clarius in patrie laudes versabaris; celebrationi cuius adeo 20
affectus es, quod copiosa et ornatissima oratio, quam stilo luculentissimo non presentibus solum, sed posteris edidisti⁽⁴⁾, te non

1. Cod. omette qui innanzi a voluntat.
il secondo d di deditum

7. Cod. credimur 13. Cod. dà in rasura

(1) Ecco un altro frammento del *Bucolicon* Colucciano da aggiungere a quello già citato nell' ep. xv del lib. VI; II, 191. Entrambi probabilmente appartennero ad una stessa ecloga, giacchè così in quello come in questo ricorre il nome dell' identico personaggio, « Malandux », qualificato come « venerando ».

(2) E difatti nell' epistola al Niccoli Leonardo si lagna che Coluccio « abrepta hinc occasione, quasi ipse « Zeno aut Diogenes esset, me ut in- « sanum lacerare coepit, quod videlicet

« afficerer erga corporis voluptates »; *Ep. cit.* p. 20.

(3) Cic. *Parad.* I, III, 14.

(4) Allude alla *Laudatio Florentinae urbis*, il celebre panegirico che ad imitazione del *Panathenaeo* d' ARISTIDE, il Bruni aveva dettato in onore di Firenze, mentr' ivi ancor si trovava; e la cui pubblicazione avvenne soltanto nell'estate del 1405 (cf. KIRNER, *Della Laud. urb. Flor. di L. B.*, Livorno, 1889, p. 6 sg.), se la opinione fin qui tenuta da molti eruditi è fondata. Diversamente però giudica il

potuisti satiare, quin etiam, ubicunque se dederit occasio, quasi nichil dixeris, velut ex integro idem propositum ordiaris.

Sed, ut ad alia veniam, risi quod tantum michi tribui scribis quod in primis partibus commendationum tuarum sit in ore cunctorum te per multos annos meum discipulum extitisse⁽¹⁾. quod equidem gaudeo quod tibi sit ad gloriam, gaudeo quod et michi; nimis enim celebre et famosum est, quod predicer tales discipulos habuisse. timeo tamen quod, cum te viresque tuas experti fuerint cognoverintque quam per te valeas, sicut vales, eos non pudeat sic sensisse; quodque quod nunc michi glorie ducitur, in diminutionem mee estimationis et nominis convertatur. nam quid de conversatione mutua, que nobis fuit, sentiam, cum multotiens tum paulo ante testatus sum. scis etenim me scripsisse, cum ad alium de te loquendum occurreret, in hec verba: cum de cunctis que componerem iudex esset et ego suarum rerum arbiter versa vice, nos mutuo, sicuti ferrum ferro acuitur, exercebamus; nec facile dixerim ex hoc dulci et honesto contubernio uter nostrum plus profecerit. uterque tamen eruditior evasit, ut fateri oporteat mutuo nos nobis fuisse vicissim discipulos et magistros⁽²⁾. sed hec de me satis.

Quod autem predicas hanc urbem studiorum humanitatis esse domicilium eaque ceteras omnes civitates velut sordidas domos reliquisse, sine cunctatione fateor verum esse; doleoque te, Iacobum et Poggium hinc abisse; nimis enim deficere michi videntur apud nos humanitatis artes, postquam discessionem fecistis. aliquos enim instituebatis preceptis, aliquos vero invitabatis exemplis nique noster Robertus Rossus huic rei, sicut novistis, indulgeret operamque navaret, actum esset⁽³⁾; nec tamen satis compertum habeo nunquid ipse tali ruine nosterque Vannes de Montecucculo satis sint⁽⁴⁾. ingens enim huius rei precipitationem video et quam vix

L'udire che a Leonardo molti fanno gran merito d'esser stato per lunghi anni discepolo suo, gli par cosa degna di riso.

Ed ha ragione di temere che, quando costoro conosceranno meglio lo scolaro, finiranno per non aver più stima del maestro.

Gli rammenta a tal proposito quel che scrisse al papa sui loro letterari esercizi.

Approva quanto ei dice su Firenze, asilo d'ogni arte liberale,

ma prevede che le cose muteranno assai or che lui, il Poggio e l'Angeli se ne son dipartiti.

Il vuoto ch'essi lasciano è tale che non bastano a colmarlo nè il buon volere di Roberto de' Rossi nè quello di Vanni da Montecuccolo.

LUIO, *Comm. a una lett. di L. Bruni in Racc. di studi crit. ded. ad A. D'Ancona*, Firenze, 1901, p. 85 sgg., che stima la *Laudatio* già divulgata nel 1400.

(1) Questa dichiarazione non si rinvia nell'epistola di Leonardo, cui allude qui il Nostro (ved. *Ep. lib. I*,

ep. III; I, 4-6; LUIO, op. cit. p. 6); la mancanza dipenderà dai rimaneggiamenti cui l'epistola fu sottoposta dall'A.

(2) Cf. ep. xv di questo lib. p. 107 sg.

(3) Per Roberto Rossi ved. lib. VI, ep. xi; II, 174.

(4) Vanni di Montecuccolo! Ecco

Neppur Cicerone
varrebbe a porre
riparo alla rovina
che incombe!

Eppure se i Flo-
rentini volessero
rivolgersi alla vir-
tù, alla scienza, po-
trebbero riuscire
tali da non cono-
scere rivali.

noster Cicero sublevaret. scio tamen quod divina sunt hic in-
genia sique colerentur evaderent in mirabile specimen tum elo-
quentie tum virtutis. sed, heu!, iacturam hanc deplorare libet:
avaritia, libido dulcesque nimis cupiditates omnia sinistrorsum
ducunt et perniciosius applicant voluptatibus. quod enim inquit
de Seneca Fabius, de Florentinorum ingeniis dici potest: digna
sunt que meliora velint; quod enim volunt efficiunt⁽¹⁾. vale.
Florentie, octavo idus novembris.

XVIII.

A GIORGIO DI FACINO STELLA DA GENOVA⁽²⁾.

10

[Ch, c. 4 A.]

Georgio Stelle.

Firenze,
29 novembre 1405.

Dopo avergli
scritto quanto ri-
cordava sulle ori-
gini di Genova, gli
tornò a mente che
il Boccaccio ne a-
veva toccato, sulla
autorità di Paolo
Perugino, in un
luogo del *De ge-
nealogia deorum*,
che trascrive.

POSTQUAM tibi scripsi, vir insignis, frater et amice karissime,
quid quantumque memineram super origine vestre nobilissime
civitatis me legisse; nichil enim ratione de talibus potest argui,
sed solum possunt que relata sunt ab aliis recitari; quia nescio
quid etiam in memoria versabatur, tandem recordatus sum patrem
meum Boccacium, poetice illuminatorem et principem, libris *De*
genealogia deorum incidenter super hoc aliquid tetigisse.
ex quo querens repperi libro septimo capitulo quadragesimo primo,
ubi de Phetonte agitur, ultima capituli parte, quod querebam.
ibi quidem refert Paulum Perusinum, ut Boccacii verbis utar, se-

un personaggio del tutto sconosciuto, di cui, cosa bizzarra, non ricorre mai il nome nè sotto la penna del Bruni nè sotto quella del Poggio nè d'alcun altro fiorentino del tempo. Ridotti a formular una congettura, noi saremmo inclinati ad identificarlo con quel «Iohannes Laurensis», che il Poggio rammenta tanto nell'*Orazione in morte del Niccoli* quanto nelle *Facezie*, come scolaro preferito di Luigi Marsigli, insieme al Niccoli ed al Rossi. Cf. C. CASARI, *Notizie intorno a Luigi Marsili*, Lovere, Filippi, 1900, p. 71 sg.,

dove però molt' a torto si propone d'identificare il discepolo di frà Luigi con quel Lorenzo di Giovanni da Pisa, che lesse per alcuni anni la *Comedia* dantesca nello Studio fiorentino.

(1) Cf F. M. QUINTIL. *Instit. or.* X, 1, 131.

(2) Richiesto da Giorgio Stella di nuove notizie per l'opera sua, il S. glielie porge con quest'epistola completando in pari tempo quanto sulle varie tradizioni concernenti alle origini di Genova, già aveva esposto e discusso nell' ep. XIII di questo libro.

cundum nescio quem Eustachium, quod, regnante Spareto apud Assyrios, Eridanus, qui et Phethon solis egyptii filius fuit, cum copia suorum, duce Nilo, navigiis devenit in mare et ventis adiutus in sinum quem Ligustinum dicimus, venit. ibi cum suis
 5 longa fatigatus navigatione descendit in litus, et cum suasionibus suorum in mediterranea pergeret, Genuinum, ex sociis suis unum, nausea maris debilitatum cum parte suarum navium custodem reliquit in litore; qui, iunctus accolis loci, silvestribus hominibus, oppidum condidit et Genuam de suo nomine nuncupavit ⁽¹⁾. hec
 10 Boccacius auctoritate Pauli Perusini de Genua refert ⁽²⁾. que si placent potes assumere. ea enim urbis eius celebritas est, quod, sicut scripsi,

De quocunque voles proavum tibi sumito libro ⁽³⁾.

hec hactenus.

15 Nunc autem ad illa que per lepidum iuvenem et carissimum filium meum Franciscum Marinum postulas veniam ⁽⁴⁾. vis autem scire unde principium habuerit quod hic populus, non Tuscie solum, sed Italie cum paucis princeps, vexillis suis utatur cruce rubea spacio, sicut scribis, albo; quo videre possis, ut arbitror,
 20 unde sit quod vester populus hoc crucis signo, quod Bononiensis, Vulterranus et alii plurimi similiter deferunt, usus sit ⁽⁵⁾. de quo

È quest'un'opinione non senza qualche valore, che lo Stella può adottare, ove gli piaccia.

Per quanto spetta alla domanda di cui gli fu apportatore Francesco Marini, come sia avvenuto cioè che Firenze assumesse per arma la croce rossa in campo bianco, usata da molt'altre terre italiane,

(1) IOANNIS BOCATII *Περὶ γενεολογίας* *Deorum libri XV*, Basileae, MDXXXII, lib. VII, cap. xli, De Phaetonte solis filio qui genuit Lygum, p. 189. Questo brano fu riferito integralmente dallo STELLA, *Ann. Gen.* cit. col. 960 c-e, premessevi le seguenti parole: «Melior autem, «quae mihi apparet persuasio super «auctore eius urbis et nomine prisco «est Pauli Perusini traditio. illustris «vero Iohannes Boccacius, quem «praemissus Colucius poeticae illustratorem et principem vocat, libro VII, cap. xli, De genealogiis deorum sic inquit &c.». Il notaio genovese ricorse però stavolta direttamente all'opera Boccaccesca.

(2) Sull'uso fatto dal Boccaccio delle *Collectiones* di Paolo da Perugia, notaio della cancelleria di Roberto re di Napoli, sono da vedere le belle pagine di A. HORTIS, *Studi sulle op. lat. del Bocc.* p. 494 sgg.

(3) Iuv. *Sat.* VIII, 134; cf. ep. XIII di questo libro, p. 98.

(4) Non posseggo notizie sopra di lui, che fu certo della nobile famiglia genovese, la quale aveva dato pur allora un arcivescovo alla patria, nella persona di Pileo Marini: cf. GAMS, *Series ep.* c. 815; EUBEL, *Hier. cath. m. ae.* p. 293.

(5) Cf. quanto scrive lo STELLA, *Ann.* cit. cap. IX, De signo et vexillo Ianuae &c. col. 1006: «Unde «civitas Ianuensium signum eius ha-

nulla di certo può dire.

Le cronache narrano che i Fiorentini anticamente fecer uso di due vessilli in guerra: l'uno rosso con croce bianca, l'altro bianco con croce rossa; come tuttora si fa, sebbene non in guerra, dove è portata l'insegna del giglio.

Vogliono poi che i due vessilli stiano a ricordar la fusione avvenuta tra Fiorentini e Fiesolani;

e che le posteriori modificazioni insensibilmente introdotte abbiano la loro origine dal prevalere in Firenze de' Guelfi sopra i Ghibellini.

Anche l'introduzione della croce si assegna alle lotte tra eretici ed ortodossi di cui Firenze fu teatro;

licet aliquid affirmare non possim, referam prius quid chronice nostre tradunt; deinde quid ex hoc semper ceperim coniectare. ergo legitur apud nos populum florentinum in bellis usum esse vexillo gemino, quorum unum rubeum erat, crux autem media argentea sive alba; aliud autem contrariis coloribus, sed similibus signis: rubra cruce scilicet, albo vero vexillo; quali nunc populus noster utitur rebus civicis, non externis; bellis quidem, que cum aliis gerimus, non crucem, sed lilium deportamus. hanc vexillorum varietatem credo fuisse, quoniam, quando Fesulana civitas huic populo iuncta fuit, Florentinis, utpote Romanis, erant signa lilium album in syndone rubra; Fesulanis autem luna saphyreï coloris in syndone munda. propter quod in unionis signum, remotis lilio lunaque, ex albo et rubro vexillum publicum instituerunt, quod usque in presens manet, licet eo rebus bellicis non utamur⁽¹⁾. sed ob Christi reverentiam cum populo videretur signum crucis erigendum, ut Florentinis et Fesulanis suum servaretur honos, duo vexilla fecerunt: unum album et alium rubrum et in albo coccineam, in rubro vero crucem candidam extenderunt. postea vero, cum in urbe nostra, Guelphis invalescentibus, gibelline factionis auctoritas cecidisset, placuit Guelphorum principibus crucem rubeam et vexillum argenteum retinere, sicut et lilium, quod ab initio fuit album, in rubeum faustis felicibusque, ut ita loquar, auspiciis mutaverunt⁽²⁾. invenitur autem chronicis nostris mixtos fuisse Gentilibus Christianos et Christianos orthodoxos cum hereticis pugnasse: quibus temporibus vero simile satis est crucis

« bere coepit et vexillum quem defert
« rubrae crucis videlicet in argenteo
« seu albo spatio, nec per nostros li-
« bros annales urbiumque Mediolani
« et Florentiae, quae id etiam signum
« gestant, nec per aliud, nisi, ut di-
« cam, hactenus valui reperire. por-
« tant et illud urbes Latii Bononien-
« sis, Vulterrana et Mantuana, alique
« multi christicolae milites ». Si no-
terà che Coluccio, parafrasando le pa-
role scrittegli dallo Stella, le quali su

per giù doveano essere le stesse che ora leggiamo negli *Annali*, ha passato sotto silenzio Mantova e Milano.

(1) Il S. non fa qui che tradurre quasi alla lettera il cap. VI del lib. IV delle *Istorie fiorentine* di GIOVANNI VILLANI: Come i Fiesolani disfatta Fiesole si raccomandano co' Fiorentini con legge e arme.

(2) Cf. VILLANI, op. cit. lib. VIII, cap. I.

signum Christianorum congeriem assumpsisse⁽¹⁾; aliquid enim certi, cur et qualiter hoc inceptum non inveni⁽²⁾.

Unde vero processerint guelfe dignitatis gibellineque factionis nomina, quod ardentem scire desideras atque petis, fateor me nescire. vides enim iandiu scriptorum diligentiam non nostro solum tempore, sed quampluribus seculis defuisse; quo fit ut rerum gestarum veritas altis sepulta tenebris nesciatur; ut mirari desinas hoc, sicut cernimus, ignorari. illud mirandum potius quomodo potuerit nobile Latium in hec duo tartarea nomina scindi, sive fuerit electio sive potius error, et in errore tam funeste electionis tamque supini, sicut videmus, erroris, heu!, tam longo tempore perstitisse; ut vere crediderim quod finxit quidam de Camerino, professione litterator sive grammaticus, nomine vero proprio Christianus⁽³⁾. dixit enim in huius rei detestatione libello, quem de partibus istis guelfa gibellinaque composuit, ingenio quidem nobilem, arte rudem⁽⁴⁾:

Sunt Errore sati stygia sub rupe gemelli;
Dicitur hic Gelef, alter sub nocte Gebelque.
Protulit hos uno demens Discordia partu &c.

licet enim pedestri squalidoque sordescat, ut vides, stilo, quod ad ingenium pertinet nichil potuit elegantius comminisci quam Er-

(1) Cf. STELLA, op. e loc. cit.: « Verum in Florentinis chronicis invenitur, Christianos Gentilibus fuisse mixtos et Christianos cum haereticis pugnasse; verisimile est quod tunc ob reverentiam et virtutem sanctae crucis Georgii[que] beatissimi militis, qui signum ipsum detulisse dicitur, omnes morem gerentes [sic: l. « morigerantes? »] erexerunt illud ipsi « christicolae ».

(2) Com'è naturale, non riesce oggi meno arduo di quel che tornasse ai giorni del S. chiarire questi piccoli problemi. I più seguono tuttora il Villani, ascrivendo alla metà del secolo XII l'adozione, da parte de' Fiorentini, dello scudo diviso verticalmente, rosso a destra e bianco a si-

nistra; a tempo poco più tardo l'inserzione della croce rossa in campo bianco; ed al 1293 la scelta di quest'ultim'arma quale insegna e gonfalone del Popolo. Ved. *Illustraz. araldiche conten. le armi della repubbl. di Firenze, de' suoi istituti civili e militari e delle sue princip. famiglie* in *L'Inferno di D. Alighieri*, a cura di G. C. WARREN LORD VERNON, Londra, MDCCCLXII, vol. II, Documenti, p. 257 sgg.

(3) Il nome di Cristiano da Camerino, grammatico, vissuto tra il secolo XIII e il XIV, a giudicarlo da quanto scrive qui il Nostro, è del tutto ignoto agli storici della letteratura latina dell'età medievale. Cf. anche le note all'ep. VI del lib. V; II, 29.

(4) Cf. OVID. *Trist.* II, 424.

ma nulla in conclusione si conosce di certo sull'argomento.

Altrettanto deve dirsi dell'origine dei due partiti dei Guelfi e dei Ghibellini e dei nomi loro.

Sepolta è la verità nelle tenebre del tempo,

e ben si può deplo- rare che l'Italia abbia tanto a lungo sopportato e tuttavia sopporti i funesti effetti di due nefaste fazioni, che con un poeta rozzo, ma non privo d'ingegno, Cristiano da Camerino,

posson dirsi nati
dagli amplessi del-
l'Errore colla Di-
scordia sulle rive
dello Stige.

L'autore delle
Istorie fiorentine re-
ca però a tal ri-
guardo una narra-
zione,

che, ove abbia so-
lido fondamento,
può credersi veri-
simile.

Ridicolo è inve-
ce il racconto che
Saba Malaspina ha
introdotto nella
sua storia.

rore Discordiaque genitos dicere fratres istos, a quibus, proh dolor
et pudor!, hec pestis inceperit, que furore tam patentis erroris
totam discidit Italiam totque bellorum eventibus conquassavit.
nam, ut ad chronicas nostras veniam, scribit nostrorum annalium
non contemnendus auctor in nostrarum recentium rerum com- 5
memoratione; recentia quidem voco que intra proxime preterita
sex seculorum spacia contigerunt; quod hec seditiosa nomina,
quibus Italia dissecta est, Guelphus scilicet et Gibellinus, dicuntur
in Germanie partibus incepisse. nam, ut scribit, dissidentibus
acerrimo bello duobus potentissimis illarum partium dominis, ex 10
duobus ipsorum oppidis, que mutuo locorum opportunitate non
propinquius solum sed ardentius bellabantur; quoniam uni nomen
erat Guelpho, alteri Gibellino, factum est, ut hi Gibellini dice-
rentur, hi Guelphi. et quia tota fertur Alemannia huius belli
gratia duas in factiones fuisse divisa et ipsam Romanam curiam 15
contrariis favendo studiis similiter dissensisse dissensisseque simul
Italiam, factum est ut contententium fautores eadem que dissi-
dentes acceperant nomina sortirentur. hec noster hystoricus ⁽¹⁾;
ut si verum est totam Germaniam pro dictis dominis divisam
diutius bellavisse, facile fuerit armorum gentes, ubicunque milita- 20
rent, appellationem famosissimorum istorum nominum usurpasse.
utcunque tamen res sit, non possum certum aliquid affirmare.
volo tamen, postquam te non possum docere quod queris, unum
scribere quod ridebis.

Fuit quidam nomine Sabas Malaspina, decanus ecclesie 25
Melitensis et domini pape scriptor. hic officium assumens hysto-
rici, gesta Manfredi Karolique, comitis Andegavensis et Narbonensis
provincie citra Rhodanum, stilo nescio quo descripsit. hic rela-
turus Manfredi nativitatem, primo libri sui capitulo aereis qui-
busdam monstris attribuit originem huius pestis et inter nubes 30
vult factionum istarum nomina ad intelligentiam audientium so-

8-18. dicuntur - hystoricus] Tutto questo brano è riportato testualmente dallo Stella
op. e loc. cit., col. 1003 D-E. 26. Cod. militensis

(1) Qui pure il S. traduce quasi cap. xxxviii, Come si credè in Fi-
alla lettera dal VILLANI, op. cit. lib. V, renze parte Guelfa e Ghibellina.

nuisse; quod ego fabulosum et ridiculum arbitror, vanum anileque figmentum. et ut delyramentum videas suum illius capituli copiam presentibus interclusi ⁽¹⁾. chronicista vero noster vult huius maledictionis labem in hanc urbem irrepsisse iam annis 5 centum et nonaginta. vult enim, exactis annis ab incarnatione Verbi mille ducentis quindecim, ex quadam discordia civica partium istarum nomina fuisse domestica Florentinis ⁽²⁾. nam, licet prius, ut necessarium est in magnis populis, in quibus sint alti animi, cives florentini diversis et variis factionibus dissiderent, ista 10 tamen tartarea nomina non habebant, que tunc apud nos inventa credimus vel recepta.

Hec habui que super his que postulas scriberem. nichil tamen, ut vides, affirmare valemus. hec quidem hystorica talia sunt quod nil prorsus certitudinis habeant; sufficit quod saltem ve- 15 risimilitudo non desit, que media est fabulose fictionis et certissime veritatis. si res esset in ratione constituta, possem ab essentialibus diffinitione, divisione vel nomine probationem assumere; possem etiam ab externis; sed affirmare de preteritis quod sic fuit, cum res non possit percipi sensibus, quia non est, nec 20 ostendi testibus, cum non sint; non difficile solum, non laboriosum et longum, sed impossibile mortali cuippiam prorsus est; ut ex his, postquam historiciandi laborem et diligentiam assumpsisti, possis aspicere nunquam tibi verisimile relinquendum, nunquam affirmandum aliquid, sed auctoritati referentium tribuendum.

25 Vale felix et mei memor; Iohannemque nostrum saluta, cui nondum neglecte visitationis iniuriam parco, ni restauret nique se rationibus veris purget vel saltem, quod reatum confitentis esse novimus, deprecetur ⁽³⁾. iterum vale. Florentie, tertio kalend. decembris .MCCCCV.

Comunque sia, vuole il Villani che le « maledette parti » abbiano avuto principio in Firenze l'anno 1215.

Fa alcune riflessioni sopra la difficoltà di chiarire la verità dei fatti storici, quando manchino i documenti, e sulla necessità d'appagarsi della verisimiglianza,

evitando le affermazioni e allegando sempre i fonti.

Manda saluti a Giovanni Stella.

29. L'anno è agg. da mano diversa, ma contemporanea o di poco posteriore alla prima.

(1) Questo racconto di Saba Maslina era già stato riferito con giudizi assai poco benevoli per l'autore, nell'ep. VI del lib. V; II, 30, a cui rimandiamo. Lo Stella, forse sconcertato dalle espressioni ironiche, con cui il S. glielo trasmetteva, ha cre-

duto bene di non tenerne alcun conto ne' suoi *Ann. cit. coll. 1003-1004*, dove pur riassume il resto della dissertazione Colucciana.

(2) VILLANI, op. e loc. cit.

(3) Per questi accenni a Giovanni Stella, cf. l'ep. XIII di questo libro, p. 92.

XVIII.

A POGGIO BRACCIOLINI ⁽¹⁾.

[Ch, c. 9 A.]

Poggio.

Firenze,
17 dicembre 1405.Si rallegra della
dottrina e della e-
leganza di cui fa
prova nello scrive-
re;

LINUS Colucius Salutat Poggio Guccio summi pontificis ab- 5
breviatori scriptorique salutem dicit. dilecte fili karissime,
gratulator et gaudeo stilo tuo et scientia tua. non enim moder-

(1) Nell'inverno del 1402, scrivendo a Lodovico Alidosi signor d'Imola, che l'aveva esortato ad assumere le difese del Petrarca, assalito da maligni detrattori, così il Nostro diceva: « Scriberem in nostri Petrarce « defensionem, sicut avide petis, si « foret expediens, et illi viri, quos com- « memoras quique, si de Francisco « nostro male sentiunt, nimis errant, « scribere quid mordeant conabuntur. « nolo quidem maledicta litteris refel- « lere, que vel sola negatione vel fa- « cillima commutatione possent eli- « dere meque temeritatis et calumnie « rationabiliter accusare. si verbis in- « saniunt, verbis refellendi sunt; sin « autem scribere super hoc aggressi « fuerint, ex nunc pro viribus Fran- « cisci nostri me vindicem sentient « et eorum, que minus bene dixerint, « reprehensorem, ut sic omnes possint « inter illos et me quis verius scripse- « rit iudicare »; lib. XIII, ep. III; III, 614. Ed in queste parole sembra quasi che risuoni l'eco delle dispute seguite in Firenze l'anno innanzi in casa di Roberto de' Rossi, dispute che Leonardo ha raccolte, attenuandone certamente la vivezza, nel *Dialogus ad Petrum Histrum*. Ma ecco, non trascorso ancora un triennio, presentarsi a Coluccio la necessità di mantenere la promessa, giacchè gli avversari del Petrarca alzavano sempre più la voce,

e non soltanto contro di lui si scagliavano, ma com'inciavano a prendere di mira anche chi, come il S., aveva al culto delle tre Corone fiorentine e particolarmente a quello del cantor di Scipione, dedicata tanta parte della propria vita. E come prima il Niccoli, ora il Poggio insorge contro il maestro; e da Roma, mostrando di farsi interprete di giudizi altrui, ch'egli però non esita a condividere, lo rimprovera d'averlo assegnato al Petrarca un luogo troppo superiore a quello di cui è meritevole; d'averlo anzi predicato eccellente sopra ogni scrittore antico, quasichè sia possibile metter a paragone cogli antichi i moderni.

Memore degli obblighi suoi, Coluccio s'arma dunque e discende sollecito in campo a tutelare la causa del Petrarca, che è insieme anche la propria; ma non vorrei affermare che il veterano sentisse in sè la sicurezza di uscire vincitore dalla mischia. Troppo egli stesso aveva veduto cangiare intorno a sè le condizioni della cultura, troppo s'era pur egli inebriato del licor novo che sgorgava dalle greche sorgenti, riapertesi ristoratrici agli italici ingegni, perchè potesse tener piena fede ancora alle idee che aveva, vent'anni innanzi, propugnate; credere che nelle opere del Petrarca e del Boccaccio ogni perfe-

5 norum ineptiis lubricas, non inscite, sicut plerique faciunt, vocabula vocabulis alligas, sed maturitate prisca et eloquentia solida que scribis refers. nimis tamen non scommatibus, sed ledoriis delectaris ⁽¹⁾. non iuvat latenter aut dulciter ferire, sed palam acriter debaccharis; quod quidem non solum in absentem tecum loquens vel de aliquo tecum scribens, sed etiam cum loqueris aut scribis alteri; quasi liceat quasique moris sit vel artis aut consilii talia facere, imo penitus nil curare; nimium usurpasti. scis quid de alio scripseris Nicolao nostro ⁽²⁾; nec venit in mente illud

ben si vede che egli ha studiato gli antichi scrittori.

Biasima però in lui la eccessiva predilezione per la mordacità ed il sarcasmo,

onde ha dato prova anche; testè i scrivendo al Niccoli.

5. Cod. debaccariis

zione di sostanza e di forma si racchiudesse. Di questo suo stato d'animo la difesa ch'egli fa di messer Francesco risente assai; essa apparisce, qual'è realmente, fiacca ed artificiosa. Incapace di addurre in proprio aiuto solidi argomenti, Coluccio s'acconcia a capziosi ragionamenti, a sofistiche confutazioni; assalisce, per dissimulare il proprio imbarazzo, l'amico con rimproveri immeritati, con infondate accuse. Buon per lui che il Poggio, cui affetto filiale e carità di patria rattengono dall'adoperare le terribili armi di cui dispone, mostra di cedere e gli concede, specialmente dopo il secondo assalto (cf. ep. xxiii di questo libro), un simulacro di trionfo, del quale il Nostro, affaticato, s'appaga.

L'epistola del Poggio, a cui la presente risponde, è andata perduta come tutte le sue anteriori al 1416 circa (cf. POGGI *Epistolae*... ed. coll. Thom. de Tonellis, Florentiae, MDCCCXXXII, I, p. XIII): perdita veramente irreparabile per la cognizione del periodo preparatorio del Rinascimento. Che essa fosse stata composta pochi mesi innanzi, ce ne dà prova la poscritta aggiunta dal Nostro all'epistola XIII di questo libro (cf. p. 105), in cui egli incarica Leonardo Bruni d'avvisar il Poggio che aveva ricevuto il

suo scritto e si preparava a rispondergli per le rime. Ad altra conclusione però si dovrebbe venire quando prestassimo fede alle parole con cui in questa stessa epistola Coluccio allude alla lettera del Poggio, scritta, egli dice, « sexto decimo kalendas septembris, credo, anni praeteriti »; giacchè in tal caso sarebbe da attribuire al 1404, e non già al 1405. Ma io opino che il S. abbia commesso qui un lieve errore di memoria, e scrivendo a mezzo il dicembre 1405, siasi indotto a considerare come già del tutto trascorso l'anno, che in realtà aveva ancora quattordici giorni di vita.

(1) « Sunt alia duo apud Graecos nomina, λοιδορία et σκώμμα, quibus nec vocabula latina reperio, nisi « forte dicas laedoriam exprobrationem « esse ac directam contumeliam: scom- « ma enim paene dixerim morsum « figuratum, quia saepe fraude vel « banitate tegitur ut aliud sonet, aliud « intellegas »; MACROB. *Saturn.* VII, III, 2-3.

(2) Senza dubbio il Niccoli. Naturalmente non riesce possibile, date le cautele, onde il S. ravvolge i suoi rimproveri, indovinare contro chi il Poggio avesse affilato il taglio del suo sarcasmo: doveva trattarsi di personaggio in curia influentissimo.

Egli ha mancato di prudenza, attaccando chi, sapendosi offeso, potrebbe nuocerli.

Non conviene biasimare altrui apertamente: gli esempi di Clito

e di Cicerone stesso ne danno prova.

La verità è odiosa a tutti;

solo alle lodi si aprono volentieri gli orecchi, come insegna Temistocle.

Al Poggio sembra che l'inveire ed il vituperare dia forza allo stile, più che non l'elogiare;

e ciò è vero: ma tenga conto dei rischi a cui così operando s'esponesse.

Pollionis dictum, qui cum in eum tempore triumvirum Augustus fescenninos scripsisset versiculos, ut legimus, inquit: at ego taceo. et velut rationem reddens adiecit: non est enim facile scribere in eum qui potest proscribere. quod quidem, licet Cesar patientissime tulisse credatur; inter exempla quidem patientie sue relatum est ⁽¹⁾; tenere debemus exemplum: periculosum scilicet esse scribere in eum qui potest proscribere. quam autem periculosum sit coram reprehendere, ex Clyto, qui loquacitate sua victima iacuit Alexandro, videre licet. etenim non quod maledixerit regi, sed quod patrem eius Philippum laudaret preferretque paternas victorias glorie filii probabili ratione, veluti genitoris commendatio detractio filii foret, ab eodem miserabiliter extinctus est ⁽²⁾. et Cicero noster liberius et mordacius Pompeio suo loquens adeo gravis fuit, quod dixisse feratur Gneus: cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat ⁽³⁾. adeo quidem verum est Terentianum illud:

Obsequium amicos, veritas odium parit ⁽⁴⁾;

quod nullius aures libenter pateant nisi laudantibus; nec veritatem, si laudi non sit audientibus, gratulanter etiam infimi, nedum dominantes audimus. plane quidem omnes Themistocles sumus, qui gratissimas sibi fore voces eius testatus est, qui suas artes optime caneret ⁽⁵⁾. nec dubium illi, cui quidem hoc gratissimum erat, molestissimum fuisse si quis male sibi vel de se dixisset. delicatissima res aures nostre sunt, quas vel levissimum quid offendat. hec pro tanto velim fuisse prefatus, quoniam, ut video, nimis hoc maledicendi et invehendi caractere delectaris. videtur enim tibi, quantum arbitror, orationis huiusmodi ratio efficacius atque vehementius et omnino; quo sic loquar; expectatus quam laudatio permovere. quod quidem et ego fateor; sed cave, quoniam quanto pungentius est et acrius ac profundius

3. *Cod. ratione* 28-29. *Cod. expectatus*

(1) Cf. MACROB. *Saturn.* II, IV, 19-21.

(2) Cf. IUSTIN. *Hist. Philipp.* lib. XII, cap. VI; Q. CURT. RUFI *De reb. gest. ab Alex.* lib. VIII, cap. I.

(3) Cf. MACROB. *op. cit.* lib. II, cap. III, 9.

(4) TER. *Andria*, I, I, 41.

(5) Cf. VAL. MAX. VIII, 14, ext. I.

penetrat plus offendit, plus movet plusque non indignationis solum excitat, sed furoris. celebrer est Cicero Philippicis, utpote quibus nichil addi possit artis, ingenii, vehementie vel ornatus. sed quid auctori prodest, postquam ex his indignatione concepta
 5 triumvirum sententia proscriptus, indigna et ingrata manu cesus occubuit; licet post eius fata scriptum fuerit:

Le *Filippiche*
hanno reso immor-
tale Cicerone,

ma gli costaron la
testa;

Nil agis, Antonius. scripta diserta manent? (1)

quid sibi profuit amor, pudor atque protectio Cesaris Augusti, licet triduo credatur super hoc cum Antonio contendisse⁽²⁾, post-
 10 quam tandem plus valuit indignatio quam auxilium, plus offensio quam defensio, plus persecutio quam favor et illi tristi sententie damnatus subiucuit, quam sibi peperit maledicendi studio, licet pro republica loqueretur? crede michi, dilectissime Poggi, in hac superbia, qua cuncti plus quam decet omnino versamur,
 15 nichil stultius quam verum dicere, quam provocare conviciis, quam male de quoppiam loqui, cum honeste possis, ne dixerim debeas, subticere. vide parum: si que tu scis et ego vidi queve fratri, amico et socio tuo scripsisti venissent aut venirent in manus vel nocere volentium, quanti faceres ea nunquam vel penitus co-
 20 gitasse? memor esto, queso, quod, ut Flaccus ait:

nè Augusto, co-
mechè potentissi-
mo, valse a strap-
parlo alle ugne di
Antonio.

Meglio è dunque
tacere che biasi-
mare e provocare
altrui.

Evolet emissum semel irrevocabile verbum (3);

quo cautus sis cogitans, moneo, cautior loquens, cautissimus vero scribens, nec proferas nec scribas quod latere, ne dicam velis, sed expediat. nec presens solum consideres, sed futurum: au-
 25 reum Severini verbum est: non quod ante oculos situm est, suffecerit intueri, sed rerum exitus prudentia metitur⁽⁴⁾. scis quod ad sugillationem et infamiam ductum fuerit atque crudelitatem post mortem etiam imperatori C. Caligule, quod in secretis eius reperti fuerint duo libelli, quorum uni Gladius, alteri Pugio

Non si trattiene
parola uscita che
sia di bocca.

Vada cauto dun-
que nel pensare,
nel parlare e so-
prattutto nello
scrivere: rifletta ai
casi che possono
avvenire:

l'esempio di Cali-
gola stia a ram-
mentargli

6. Cod. facta 22. cautus] Cod. cauti' 24. Cod. omette sed

(1) *Hexastica de titulo Ciceron. X, Euphorbii*, v. 4, in BAEHRENS, *Poetae lat. min.* IV, 139-140.

(2) Cf. PLUTARCH. *Cicero*, XLVI.

(3) HOR. *Epist.* I, XVIII, 21. Ma il testo dice veramente: « Et semel emis-
« sum volat » &c.

(4) BOET. *Philos. cons.* II, 1, 44.

che non solo le azioni ma gli stessi pensieri tornarono talvolta d'infamia a chi li aveva concepiti.

Se Cicerone, quand' accusò Verre, si vantava di aver lunghi anni perorato in difesa altrui, senza mai nuocere ad alcuno, perchè vuol egli, giovinetto, ascrivere a propria lode l'opposto?

Provvegga dunque a cancellare le tracce degli errori passati e tenga per l'avvenire in freno la lingua.

Passerà ora a diffondere la lettera daluiscrittainlode del Petrarca,

titulus erat; quibusque ambobus inscripta fuerant nomina destinatorum ad mortem ⁽¹⁾, ut in talibus non solum facta sint infamie, sed infecta. quam ob rem adhibe, precor, ori seram; experire laudationibus et benedictis eloquentiam tuam; noli reprehensionibus delectari; noli maledictionibus operam indulgere; memento quod Cicero noster accusaturus Verrem ad gloriam sibi ducit quod multos annos in causis iudiciisque publicis ita versatus sit, quod defenderit multos, leserit neminem ⁽²⁾. et tu, vix iuvenis, imo adhuc adolescentulus, glorie ducis quod aliquem crimineris? an ignoras eloquentiam sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam? ⁽³⁾ credisne sapientis esse maledictis aliquem persequi, licet diserte, licet apposite, licet splendidissime proloquatur, licet vincat Fabium et licet ipsum redoleat Ciceronem? dele preterita et taliter in futurum provide, quod non habeas ex dictis tuis scriptisque pendere; memor, quod, ut inquit Sapiens, mors et vita in manibus lingue et qui diligunt eam, comedunt fructus eius ⁽⁴⁾. sed hec satis. vides enim quantum erroris in hoc versetur ⁽⁵⁾.

Nunc autem, Poggi karissime, habeo tecum quiddam, imo quedam disserere. longa quidem epistola sextodecimo kal. septembris, credo, anni preteriti ex Urbe, scribens de quadam mea epistola, quam ad insignem virum Iohannem Aretinum super laudibus Petrarce nostri iamdiu scripseram ⁽⁶⁾, mirari videris quod ipsum

2. Cod. omette non solum

(1) C. Sueton. Caligula, XLIX.

(2) Cic. In Q. Caecil. Divin. 1.

(3) Cf. Cic. De inv. rhet. lib. I, cap. 1, 1.

(4) Prov. XVIII, 21; ma il testo: « comedent ».

(5) La paternale doveva, come si sa, fruttar poco. Il Poggio, « nimico » d'ogni finzione e simulazione, ma « aperto e libero », secondochè scrive VESPASIANO DA BISTICCI (Vite cit. p. 422), continuò per la propria strada, « veementissimo nelle sua invettive, in modo che non era ignuno,

« che non avesse paura di lui ».

(6) Allude all'epistola da lui diretta il 13 luglio 1379 a Giovanni Bartolomei d'Arezzo, cancelliere di Francesco da Casale, signor di Cortona (lib. III, ep. xx; I, 334 sgg.), la quale, come già si disse, aveva conseguito non scarsa divulgazione ed era anzi stata da molti aggiunta quasi condegna illustrazione ai codd. racchiudenti le opere del Petrarca. Contro di questa appunto rivolgeva le sue critiche lo sconosciuto censore di cui il Poggio s'era fatto l'eco.

et Virgilio et Ciceroni et plurimis antiquorum duxerim preferendum; nec te mirari solum, sed alium nescio quem doctum hominem, cum me, veluti virum doctissimum atque eloquentissimum non solum semper magni fecisset, sed etiam pretulisset omnibus
 5 qui nostris seculis excellentem aliquam habuerint vim doctrine, illud idem admirantem noviter professum esse me totum e suo pene gremio decidisse, quod illa conarer epistola Petrarcam nostrum omnibus, qui unquam fuerint, cum oratoribus tum poetis antefendum; asserens quod, cum illum doctum hominem offendisses; inter loquendum in eum te devenisse sermonem, ut diceres nullam vel parvam comparationem admodum, quo verbum ponam tuum, fieri debere inter priscos illos eruditissimos viros et eos qui his seculis claruerunt. erit ergo michi tecum de hoc, quod ille tibi magno concessit assensu, primo certamen; altero
 10 postea loco videbimus de Petrarca; demum autem ad illa que scribis, ut oportebit, singulariter singulis respondebo.

Nimis enim tu et tuus ille peritus, ut scribis, amicus defertis et ceditis vetustati. et ut ad primum veniam, quos priscos illos viros eruditissimos dicis, Christicolas an Gentiles? et, ut de Christianis
 20 et fidelibus primum loquar, fateor ingenue, ut de Origene, Chrysostomo et aliis multis taceam, modernorum neminem Hieronymo, Ambrosio aut etiam Gregorio comparandum. nec istos etiam omnes iudico preponendos divo Aurelio Augustino; Iohannes evangelistis, Paulus apostolis, Augustinus vero doctoribus omnibus
 25 antecellit.

Lenta salix quantum pallenti cedit olive,
 Puniceis humilis quantum salionca rosetis⁽¹⁾,

iudicio nostro tantum cedunt omnes orthodoxi doctores prisci vel ultimi temporis Augustino. dic michi, carissime Poggi, dicat
 30 et ille qui me semper tanti fecit, quod omnibus modernis preferre sit solitus, cuius e gremio pene decidi; dicatis, obsecro, quem ex omnibus Gentilibus preferatis Augustino, philosophumne quem-

che al Poggio come ad un suo dotto amico

pare degna di biasimo perchè vi si esalta lo scrittore moderno al disopra di quanti furono mai oratori e poeti.

Il Poggio e l'amico suo sostengono all'opposto che non è possibile nessun confronto tra gli antichi ed i moderni.

Ei comincerà dal rispondere a quest'asserto: quindi verrà a toccar del Petrarca.

E prima di tutto fra gli antichi debbono distinguersi i Cristiani dai Gentili.

De' primi egli giudica Girolamo, Ambrogio, Gregorio superiori ad ogni moderno: tutti e tre stima però inferiori ad Agostino,

5. vim] *Cod.* iun (*sic*) 11. *Cod.* admodo 21. *Cod.* dà in rasura la sillaba seconda di modernor. 26. *Cod.* quant. lenta salix 27. quantum] *Cod.* quam tua; poi dà cedit ed omette humilis

(1) VERG. *Buc.* ecl. V, 16-17.

al quale deve cedere pure qualsiasi tra i pagani.

Si lasci da parte il pregiudizio che l'antichità conferisca grandezza e splendore,

e si riconoscerà allora che l'età moderna non è poi indegna di stima;

e che se Cicerone poté contrapporre alla sapienza greca la romana dottrina,

non v'è ragione di sacrificar adesso ogni moderno vanito alla fumosa celebrità del passato.

piani, oratorem vel poetam? Platonem, Aristotelem, Tullium vel Maronem aut quem Cicero super omnes celebrat eruditos, quive librorum, quos edidit, copia cunctos qui se precesserunt, quantum ego perceperim, superavit? ⁽¹⁾ non puto vos adeo desipere, quod Augustinum istorum alicui postponatis, licet illi precesserint tempore multaque claruerint dignitate. sed dices: non sunt nostris temporibus Augustini. si dares unum, modernitatem omni preponerem vetustati ⁽²⁾. non igitur es propter mille annos uni cessurus Homero ⁽³⁾. removimus iam, arbitror, totam hanc auctoritatem, umbram et opinionem laudatissime antiquitatis; vobis loque, si placet, quod quicquid ex prioritatem temporum dignitatis et eminentie concepisti, sicut decet, omnino removeas. pura sit, non temporum, sed scientie concertatio. hec ad examen et trutinam redigamus. quod si feceris, crede michi, non eris etatis tue tam iniquus et improbus estimator. videbis atque letaberis ⁽⁴⁾ quod hec nostra duo secula, quibus incidimus, non mediocriter emerserunt, sicque sint minora paucis, quod patenti ratione celebriora possis et debeas quamplurimis affirmare. nam, quantum ad scientiam attinet, nonne Cicero noster gloriosissima adhuc Grecia vixque Latio de militari dignitate cedente, scribere non dubitavit: meum iudicium semper fuit omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Grecos, aut accepta ab illis fecisse meliora, que quidem digna statuissent, in quibus elaborarent ⁽⁴⁾. et Arpinas noster tantum Latio tribuit contra famosam et insolentem Greciam; nec Aristoteli parcens nec Platoni, licet antiquitate longa precederent, licet ipso Gentibus omnibus precellerent Areopago. tu vero et alter ille adeo vos duos malignos modernitatis estimatores exhibetis, quod non hominem homini, sed etatem etati, velut horum illorumque iudices, preferatis. sed cogitate parumper quod oportet iudicantes iudicatis eminere, saltem illa ratione, de

27. Cod. omette vos

(1) Allude a Varrone, il πολυγραφώτατος, tante volte lodato da TULLIO, Ep. ad Att. XIV, 18; Acad. I, III, 9 &c.

(2) Non abbiamo argomenti per affermare che veramente il Poggio col-

locasse tant'alto il vescovo d'Ippona. Ma notissimo invece è il fervido culto che dedicò a san Gerolamo.

(3) Cf. Iuv. Sat. VII, 38-39.

(4) Cic. Tusc. I, 1.

qua iudicium fertur. bene quidem et eleganter Apelles; qui cum etiam sutorem de crepidis et ansulis consulisset, incipientem disputare de cruribus, vetuit supra plantam ascendere, quod id facultas eius considerare non posset⁽¹⁾. quo fit, ut temerarium
 5 dici debeat ferre iudicium de scientia vel eloquentia quorumpiam nisi forte iudicantes de scientia simul et eloquentia illis, quos iudicant, antecellant vel, ne sophisticè videar hoc inferre, saltem super his que iudicant probabilem possint reddere rationem. nunc autem dicite, precor, cur vel in quo priscos illos modernis, quos
 10 adeo contemnitis, preferatis. unam reddite vel minimam rationem, preter glorie fumum et antiquitatis opinionem, cur illos victos et cascos debeamus posteris et recentioribus anteferre. vide laudatissimum Aristotelem quam cupide, quam rationabiliter et invictè conetur in *Physicis* expugnare Parmenidem et Me-
 15 lissimum⁽²⁾; quot et quantos primo librorum *De anima* primoque *De generatione* et *Metaphysice* sue primordio nominatissimos, qui precesserant, explodat atque condemnet⁽³⁾. et quis ferat vos sine ratione et auctoritate, solius fame et existimationis umbra, sic laudibus priscos extollere, quod omnes posteros repro-
 20 betis?

Et, ut secundum membrum ingrediari, dic, precor, cum tot libros, tot epistolas, tot metra, tot prosas Petrarca noster composuerit atque reliquerit, in quo reprehensibiliter vetustati contradixit vel in his que scripsit erravit? assume sententiam unam,
 25 queso deprecorque, Petrarce et vide si dici possit, veterum illorum aliquem contrarium reliquisse aut si forte reperias eum et illos in aliquo sibi fuisse contrarios, quin, quod Petrarca sensit, non sit rationabiliter preferendum. si inveneris Petrarcam et illos sententiis esse concordēs et ipsum ubi contrarietas fuerit prose-

E si lasci pur in disparte quanto temerario sia voler trinciare giudizi su tutto lo scibile.

Ma gli antichi stessi non mostrano di tenere in poco conto i loro predecessori?

Aristotile non combatte egli tutti i filosofi antecedenti?

Per quanto riguarda al Petrarca, in quale mai de' suoi scritti contraddisse all'antichità commettendo errori?

Se da essa a volte si allontanò, certo sono da preferire le opinioni ch'egli tiene a quelle dei pagani.

25. Cod. inde

(1) Cf. VAL. MAX. VIII, XII, ext. 3; PLIN. *Nat. Hist.* XXXV, XXXVI, 22.

(2) Cf. ARISTOT. *De caelo*, III, 1, 2 sgg.

(3) Cf. ARISTOT. *De anima*, I, 11; *Metaph.* I, III; *De animal. generat.* I,

XVIII; ne' quali luoghi tutti espone e combatte le opinioni sostenute da Anassimene, Anassagora, Crizia, Democrito, Diogene, Empedocle, Eracrito, Ippone, Leucippo, Pitagora, Talete &c.

Perchè negar allora pur la possibilità di paragonarlo a costoro?

quendum, quid est quod dicas nullam vel admodum parvam comparisonem fieri debere inter priscos illos eruditissimos viros et eos, qui nostris seculis claruerunt? qui sunt illi eruditissimi viri vel quot? scio quod eodem tempore et eiusdem rei plures eruditi reperiri possunt; eruditissimi vero non; superlativus quidem 5 excessus unius, non plurium esse potest. si credideris enim duos, quos eruditissimos dici velis, nonne oportet, sive pares sive dispares sint, te fateri facilissimum esse quod ante omnia presupponis? eruditissimus quidem esse non potest cui coniungitur equaliter eruditus. nec eruditissimus est, quem alter vel alius antecedit, 10 ut in altero sit necesse falsum omnimodo predicari, nisi forte relativum in ratione sumpseris positivi. sed hanc verbi difficultatem in medio relinquamus. que malignitas vel invidia est nolle modernorum aliquem emergere vel esse prioribus potiorum? nec id nostre solum etatis vitium est; lege Hieronymi multas epistolae, leges prologos eius in Bibliam; vide quam moleste 15 tulerit coetaneorum morsus et quam acriter fuerit ab emulis criminatus⁽¹⁾. duos reperio quibus etas favit sua; Origenem scilicet et divum Aurelium Augustinum. de hoc siquidem ultimo tam alte sui coetanei cum admiratione senserunt, quod legi deesse 20 dicerent et putarent quicquid Augustinum contigerit ignorare. sic enim predicabant qui sanctitatem suam de rebus abditissimis consulebant. prioris autem illius tanta fuit admiratio, quod etiam errorum, quos scripserat, post mortem suam obstinatissimos et magnos habuerit defensores et imitatores. non tamen id ago 25 nec volo. forte quidem rationabile non esset, quod modernos preferas, sed saltem hoc etati tribue tue quod eos, ut facis, taliter non postponas, quod prioribus non omnino vel parum iudices comparandos. et, ut hec dimittam et ad solida veniamus, duo sunt quibus eruditio nostra patet: sapientia, videlicet, et eloquentia. 30 nunc autem de sapientia cur causaris? Gentiles enim Ciceronem, Varronem et Romanos omnes; Aristotelem, Platonem et omnem omnino Greciam beneficio doctrinaque christiane fidei non Petrarca solum, sed quivis minus etiam quam mediocriter

È questo del non ammettere che i moderni possano uguagliare gli antichi un maligno vezzo, di cui già dolevasi ai di suoi Gerolamo stesso;

sicchè è a dire che due soli uomini abbiano trovato grazia presso i loro contemporanei: Origene ed Agostino.

Nella presente disputa due sono le doti che fanno illustre uno scrittore: dottrina ed eloquenza. Rispetto alla prima i più grandi tra gli antichi sono di necessità inferiori a qualsiasi cristiano anche mediocremente erudito.

(1) Cf. S. HIER. *Opera*, IV, 369; X, 433; XI, 834.

eruditus nostri temporis antecedit. non pendemus enim ab ignorata impossibilique mundi eternitate, que non possit esse, quin mortalium anime corruptibiles arguantur, ne detur discreta quantitas infinita, nec possit astrui plures horas precessisse quam
 5 annorum chiliades. utrasque quidem fateri convenit, si ipsis credimus, infinitas, ut in illum demerse infinitatis ambitum se penitus non excedant. non pendemus de illo divinitatis errore, quo volunt Deum infinite durationis infinitique vigoris agere, tamen necessitate quadam naturali, quod servile est, non sue vo-
 10 luntatis arbitrio, quod est, ut illi maiestati convenit, liberum et regale, nichilque extra se cognoscere vel videre. non determinamus humanorum actuum finem voluptate, sicut Epicurii, virtute, sicut Stoici, humane societatis integritate, sicut Cicero, meditatione contemptuque mortis, ut Seneca, speculatione, sicut Ari-
 15 stoteles, vel alia humane mentis opinione; sed illa beatifici obiecti comprehensione, qua beati sumus evo eterno beatitudinemque perpetua fruituri. hac scientia et eis quibus illa perficitur, que quodammodo sunt infinita, antecellimus Gentilibus omnibus Christiani; ut si sapientiam queras, nulla prorsus de Gentilibus
 20 et illis tuis eruditissimis viris priscis et antiquis comparatio facienda sit. in qua quidem sapientia et fidei pietate, si putas Ciceronem, Aristotelem vel Platonem antecelluisse Petrarce, lege librum suum; ut De vita solitaria libros et De otio religioso et epistolas suas dimittam; lege librum, inquam, De se-
 25 creto conflictu curarum suarum, et videbis eum non religione solum, fide et baptismo christianum, sed eruditione theologum et gentilibus illis philosophis preferendum. si ipse idem Aristoteles aut Plato reviverent, non auderent se doctrine et veritatis dignitate preferre, nedum Petrarce, eruditissimo viro,
 30 sed etiam cuivis Christiano, licet minus quam mediocriter instituto. stultam enim fecit Deus sapientiam huius mundi ⁽¹⁾; stultam quidem, non sapientia solum vera, sed stulticia predicationis. sed cum tu ceterique opinionis errore soloque splendore vetustatis

Essi farneticavano sull'eternità del mondo,

sulla natura di Dio, cui sottoponevano a servitù indegna di lui;

volevano che fine degli atti umani fossero o il piacere o la virtù o l'integrità sociale o la meditazione della morte o la speculazione;

or tutti questi errori son lungi dalla mente dei Cristiani dinanzi a cui brilla la luce della verità.

Il Petrarca dunque per cognizione delle vera sapienza, per l'ardore di fede che manifesta in più scritti,

va innanzi a quanti sono filosofi greci e latini.

12. Cod. Epicuri 16. Cod. ha una rasura dopo beati 19. Cod. christiani*

(1) Cf. s. PAUL. I Cor. I, 20.

Ma, pur lasciando ciò, è certo che gli antichi stessi cacciaronsi l'un l'altro di oido:

come Socrate oscuro i filosofi precedenti, così Platone fe' obbliare il maestro e fu a sua volta tolto di seggio da Aristotile

Certo è necessario avere nel campo scientifico un maestro di indiscutibile autorità a cui far capo, come avvien ora dello Stagirita;

ma perchè, ammeso questo, negar a beneficio d'un solo i meriti degli altri tutti?

Nel patrimonio scientifico dei posteri hanno gran parte le ricchezze degli antichi

E per venire all'eloquenza, in questa soprattutto si dicono gli antichi insuperabili.

illos vobis persuaseritis eruditos, quos, si veniatur ad intimum, vos fateri oporteat non in uno sed in plurimis erravisse, nonne pudere debet vos eis tantum precipitibus stultisque vestris assensibus tribuisse? si videmus Thaletem Milesium auditore suo Anaximandro, hunc Anaximene, istum Anaxagora et Diogene, 5 Anaxagoram autem Archelao, hunc vero Socrate victum esse; Socratem autem ipsum auditoris sui pietate platonice dialogis celebratum, una cum discipulo suo ab eius auditore Aristotele tandem post multa tempora superatos; unde venit, o Poggi, quod priores velis adeo incomparabiliter posteros superasse? scio quod 10 in his scientiis, ne processus esse conveniat in infinitum, opus est quod unum aliquem habeamus qui locum sublimiorem obtineat et quem nobis, velut fixum aliquid, proponamus. talem habemus nostris his temporibus Aristotelem Abderitem⁽¹⁾; prius autem reputabatur ab omnibus Plato; nullis enim aut paucissimis noster 15 Aristoteles notus erat. quare cedat, obsecro, tam preceps de vetustate iudicium, postquam videmus omnes, quicunque recepti sunt, eos, qui precesserant, superasse. qui Platonem recipit, omnes damnat qui Platoni multis ante temporibus, magna licet cum gloria, precesserunt. cur tu et alii, quibus antiquitas ita placet, priscis 20 et antiquissimis viris propter Platonem vel Aristotelem derogatis? an nescitis hos quicquid scribunt sive scriptum reliquerunt ab antecessoribus acceperisse? parum est quod in his laudatur, quod possint dicere suum esse; vix enim dicere potuerunt: hoc recens est. iam enim precesserant in seculis que dicebant⁽²⁾; et etas no- 25 stra quid loquitur, quid disputat, quid addiscit nisi vetera queve illi, quibus tantum tribuis, a prioribus acceperet? sed dices, ut ad eloquentiam veniam: etsi scientia veritateque rerum, quam illi, Gentiles scilicet, nesciverunt, prestemus eis, saltem eloquentia stilique gravitate non sumus eis aliquallyter comparandi. mirum 30 est, quod si Christianos veritate scientiaque rerum antiquis illis

16. Cod. princeps 22. Cod. relinq. 26. Cod. qui disp.

(1) È questo un semplice *lapsus calami*: in luogo di citar Stagira, che sapeva ottimamente aver dato i natali ad Aristotile (cf. ep. viii di questo lib. p. 40),

il Nostro s'è lasciato cader dalla penna il nome della città tracia che fu patria di Protagora e di Democrito.

(2) Cf. *Eccle.* I, 10.



Gentilibus tu et ille prestare sentitis; sentire quidem debetis, cum negari non possit; eos in eloquentia preferatis. quicquid enim dicimus rebus constat et verbis; tantaque rerum dignitas est, quod sine verborum ornatu gravis et scientifica oratio eloquentissimo et

5 ornatissimo stilo debeat anteferri. etenim, ut Flaccus inquit:

Scribendi recte sapere est et principium et fons ⁽¹⁾.

nam, ut noster Arpinas ait, nemo poterit esse omni laude cum-
latus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium
scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione florescat et re-
10 dundet oportet oratio, que nisi sit ab oratore percepta et cognita,
inanem habet quandam orationem et pene puerilem ⁽²⁾; ut fateri
necessarium sit omnes qui sapientia cuiquam antecellunt, eloquentia
pariter antistari. sed dices: tune me rediges ad insaniam? co-
gesne me fateri theologos nostri temporis quive iam ferme tribus
15 seculis claruerunt, eloquentes esse, cum de illorum numero sint,
de quibus divus inquit Aurelius quod vera sic narrent, ut audire
tedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? ⁽³⁾ scio,
carissime Poggi, quod quantum nostri theologo vincunt veritatis
eruditione Gentiles, tantum nostros illi superant non peritia maie-
20 stateque dicendi, que sine veritatis scientia puerilis est, sed illa, de
qua Flaccus ait:

versus inopes rerum nugeque canore ⁽⁴⁾;

credoque quod, cum se cognoscerent falsa dicere; sciebant enim
se nondum ad veritatis intimum penetrasse; eos fuisse, sicut in-
25 genia sunt ad ea que valent et cupiunt industriosa, eorum, que
natura scire poterant et eloquentie, cuius, ut vult Cicero, facultas
non abstrusa, sed in medio sita est, idest in omnium oculis atque
noticia, studiosos ⁽⁵⁾. hinc arithmetica, geometria et musica,
grammatica, logica et hanc, de qua disputamus, rethoricam,
30 ferme ad perfectum, et ipsam astronomiam, quantum coniectura
potuerunt assequi, mira prorsus integritate perscrutati sunt. na-
turalem autem et metaphysicam et, que transcendit omnia, theo-

Strana cosa che chi giaceva notoriamente nell'errore sappia dire più efficacemente di chi è in possesso del vero!

Ma su ciò non insisterà di più, perchè certo ei non vuole forzare il Poggio ad ammettere che i teologi del medio evo e dei suoi giorni siano in pregio per l'eloquenza.

Non nega dunque che i Gentili abbian nell'arte del dire superato i Cristiani;

ma quest'arte era vana, e giovò a celare l'incertezza delle loro cognizioni.

Se essi poterono eccellere quindi nelle arti liberali,

nell'investigazione della natura, nella speculazione metafisica e teologica

(1) HOR. *Ep.* II, III, 309.

§ 1-3 in *Opera*, III, 89-90.

(2) CIC. *De orat.* I, VI, 20.

(4) HOR. *Ep.* II, III, 322.

(3) S. AUG. *De doctr. christ.* IV,

(5) CIC. *De orat.* I, III.

non seppero far
nulla di grande.

Di qui si spiega
come Socrate ab-
bandonasse lo stu-
dio della natura
per rivolgersi a
quello della mo-
rale.

Ignari dunque
del vero fine di
tutto, che è Dio,
vogliono eccellere
almeno nell' elo-
quenza.

Or, venendo ai
tempi moderni, l'e-
loquenza si mani-
festa in triplice
forma: nel dispu-
tare, nel predicare
nell'insegnare.

La predicazione
ha tra i moderni
maestri insigni: e
basti citare fra Lui-
gi de Marsili, ca-
pace di commuo-
vere chicchessia
perorando, dottis-
simo in ogni ramo
dello scibile,

logiam, nullo modo comprehendere vixque attingere potuerunt,
ut non immerito scripserit Philosophus, quod, sicut nycti-
coracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intel-
lectus ad ea que sunt omni nature notissima⁽¹⁾; ut nedum
supernaturalium sed naturalium difficultate credatur a multis
sapientissimum Apollinis oraculo Socratem⁽²⁾, dimissa naturalium
investigatione, suum omne studium ad moralia convertisse, quod
istis, ut sibi videbatur, finem et exitum invenire posse sine dubio
confidebat⁽³⁾. sed cum finis omnium solus Deus sit, quod illi
penitus ignorabant, quomodo scire poterant que ad finem? quod
cum viderent se nondum assecutos esse, dicendi rationem facul-
tatemque conati sunt modis omnibus adipisci; credo falsum arbi-
trantes, quod Socrates, ipsorum ferme deus, dicere solitus erat,
omnes scilicet in eo quod scirent satis esse eloquentes. quod
quidem, licet Cicero probabile dicat, verum autem neget⁽⁴⁾; ego
tamen verissimum arbitror atque certum. quanvis enim qui di-
cenda novit, simpliciter et absolute non sit eloquens, satis tamen
eloquens in eo quod scit quilibet esse debet, nisi penitus desipiat
et ignarus sit. et ut ad etatis nostre viros redeam, duo vel tria,
que pertinent ad eloquentiam, in nostrorum eruditorum usu sunt:
disputare, scilicet, predicare docereque. et dic: nonne diebus no-
stris plurimos vidimus admirabilis predicationis suavitate, non apud
rostra sed in ecclesia populos detinere? quid eloquentie deficiebat
venerabili patri meo, supercoetaneo nostro, magistro Loysio de
Marsiliis? sic enim vulgo dicebatur, licet Ludovico sibi nomen
foret⁽⁵⁾. quid, inquam, illi homini deficiebat vel eruditionis vel elo-
quentie vel virtutis? quis unquam orator vehementius permovit
animos aut quod voluit persuasit? quis plura tenuit atque scivit,
sive humana sive divina requiras? quis hystoriarum etiam Gen-

24. Cod. Lisio 25. Cod. Lodovico 27. Cod. promovit

(1) ARISTOT. *Metaphys.* I, 1, 12-14.

(2) Cf. CIC. *De amic.* II, 6; *Acad.* I, IV, 16 &c.

(3) Cf. CIC. *Acad.* I, IV, 15; *Tusc.* V, IV, 10, 11.

(4) CIC. *De orat.* I, XIV, 63.

(5) Intorno a lui ved. lib. IIII, ep. III, note (dove il Nostro lo chiama per l'appunto « Loysius »); I, 243 sgg.; ed oltre alle opere ben conosciute che illustrano il Trecento fiorentino la monografia testè citata di Cornelia Casari.

tilium copiosior, promptior atque tenacior? quis theologie illuminator; quis artium et philosophie subtilior; quis eruditior antiquitatis vel eorum peritior, que callere creditur ista modernitas? quis oratorum vel poetarum doctior quique sciret argutius textuum
 5 et librorum nodos solvere vel obscuritates quoruncunque voluminum declarare?⁽¹⁾ sed non scripsit Ludovicus. non scripsit Pythagoras Samius, qui claruit in Italia Magnamque Greciam doctrina multisque discipulis illustravit; non scripsit et Socrates nisi quosdam Esopi apologos, quos ex quo fuit in carceribus, ut fami-
 10 liari demoni, quem Apuleius Socratis deum vocat, satisfaceret, qui eum in somnis, quod musicis intenderet admonebat, metricè traditur compilasse⁽²⁾. non scripsit et Christus, licet multa que dixit fecitque plurimi, etiam preter illos quatuor evangelistas, scripsisse ferantur. et ipse fons eloquentie Cicero retulit nemini Grecorum
 15 contigisse ut assequeretur litigiosum et forense dicendi genus et quietum hoc, quo scribentes laboramus⁽³⁾; ut, postquam domini, principes populorum et terrarum orbis et rerumpublicarum senatus ex illitteratorum numero sumpti fuerunt et sunt, si minus claret modernitas eloquentia non sit mirum. non credo tamen quod in
 20 predicatione verbi Dei, in doctrinarum traditionibus vel disputationum argutiis aliquod eloquentie desiderandum putes; sed in his arbitror, que modernitas retinuit vel recepit, eam eloquentiam non possis rationabiliter accusare, ut fatendum sit verum esse

15. Cod. sequeretur

(1) Si confronti con questo caldo elogio quello non men caldo ed eloquente che del Marsili fa il S. nel *Dialog. ad Petr. Histr.* ed. Klette, p. 45 sgg. L'entusiasmo del Nostro per il frate di S. Spirito produsse tale incancellabile effetto sopra l'animo del Poggio da indurlo nell'orazione funebre di N. Niccoli ad attribuirgli la parte di un nuovo e più colto Brunetto Latini, celebrandolo quasi il secondo « digrossatore » de' Fiorentini; cf. MARTÈNE-DURAND, *Veter. mon. ... ampl. coll.* III, 728 sg. Coluccio però fu troppo candido e troppo

modesto; e gli studiosi della storia letteraria fiorentina nella seconda metà del sec. XIV, invece di seguire le pedate del Poggio, esagerando sempre più l'influsso del Marsili, dovrebbero, ad essere schietti, preoccuparsi di mettere le cose a posto meglio di quanto siasi fatto sin qui.

(2) Cf. PLAT. *Phaedo*, IV. Il libro d'Apuleio, *De deo Socratis*, che Coluccio cita qui, eragli ben conosciuto: ne possedeva anzi un esemplare in un ms., che è oggi il cod. I, IX, 39 di quelli di S. Marco in Laurenziana.

(3) CIC. *De offic.* I, 1, 3.

teologo, filosofo, profondo conoscitore de' classici.

Egli nulla ha lasciato di scritto; ma neppur Pitagora, Socrate,

Cristo hanno composto de' libri.

Manca ai tempi moderni l'eloquentia civile perchè al governo della cosa pubblica son saliti gli idioti, la sacra non già.

quod Socrates inquit: omnes in eo quod sciunt satis esse desertos ⁽¹⁾; et modernitatem adeo non esse de eloquentia destitutam, quod eius ad vetustatem nulla prorsus vel admodum parva comparatio, sicut scribis, fieri possit. sed cur etatem nostram tam obstinate defendo? veniamus ad Petrarcam nostrum.

Per'venir al Petrarca
che il Poggio stesso
prepone a tutti i moderni,

non si può certo negargli dottrina
bastevole da istituire
un paragone tra lui e gli antichi.

Certo ci non su-
pera nello stile Li-
vio e Sallustio; ma
chi lo potrebbe?

Però, scrivendo
in volgare, egli al
pari di Dante ha
toccato un'altezza

cui niun altro è
pervenuto nè per-
verrà mai in futuro.

Scio quod eum ferme modernis omnibus preferendum iudices ⁽²⁾; sed cum varia et multiplex res eloquentia sit, desine, precor, contendendi studio protervire. dic, obsecro, nunquid tibi Petrarca videtur in hystoriis, quod difficillimum genus dicendi arbitror, ab antiquis adeo descivisse, quod omnino nulli sit veterum comparandus? lege librum eius De viris illustribus, et dic, si potes, quid sibi deficiat maiestatis, pulcritudinis vel ornatus. in dicendo quidem nonne servata est personarum dignitas, magnitudo rerum, verborum proprietas, negotiorum elegantia, stili soliditas, sobrietas atque decus? ⁽³⁾ velles eum superare Livium atque Sallustium? ¹⁵ vellem et ego; sed difficile nimis est vel Homero versum vel clavam Herculi vel Livio hystorie gloriam vel Sallustio brevitatis laudem et veritatis opinionem auferre ⁽⁴⁾. summa hec vel difficile nimis vel impossibile pertransire. non fuit hoc etiam ipsi antiquitati concessum: se quidem ipsam in illis vicit. et quid? nul- ²⁰ lane gloria reliquorum? scio, fateor, quod, sicut multotiens dicere consuevi, Ciceronem prosa, carmine Virgilium, vulgaribus et consonis similiterque cadentibus rythmis, opere tamen longo Dantem, Petrarcamque eadem ratione dicendi sed parvis canticis, sic occupasse sublime, quod adhuc nullus ad illa pertigerit; forteque nec sit ²⁵ futuris temporibus aliquis ascensurus ⁽⁵⁾. quis unquam Iohannem evangelistam aut Paulum apostolum theologia potuit adequare? nullane laus ergo Dionysii Areopagite, Origenis, Didymi, Ignatii,

7. Cod. multiceps 23. Cod. rithimis

(1) Cf. la nota 4 a p. 138.

(2) Che cosa pensasse del Petrarca il Bracciolini può vedersi dai brani della sua perduta lettera che il Nostro ha citati nell'ep. XXIII di questo libro.

(3) Rammento che Cino Rinuccini nell' *Invettiva* sua contro i denigratori del Petrarca nota con indignazione

ch'essi de' libri suoi « si beffano di-
ciendo che quel *De viris illustribus*
« è un zibaldone da quaresima ». Ved.
WESSELOFSKY, *Il Parad. degli Alberti*,
I, par. 2, App. n. 17, p. 309.

(4) V'ha qui una reminiscenza della
nota similitudine di MACROB. *Saturn.*
V, III, 16.

(5) Cf. lib. III, ep. xv; I, 183.

Cipriani, Basilii, Chrysostomi, Damasceni vel Gregorii Nazianzeni? et, ut infinitos Grecorum dimittam, nullane gloria divi Augustini, Hieronymi, patris Ambrosii vel nostri Gregorii, Hilarii Pictaviensis aut Bede et, ut ad ultimos veniam, Anselmi vel Bernardi et multorum aliorum, qui inter summos theologos claruerunt? interrogatus Hannibal ab Africano de ducum excellentia respondisse fertur non multum ab etate sua retrocedens, primum obtinuisse locum Pyrrhum Epyrotarum regem, qui primus measuras et rationem castrametandi dicitur tradidisse; secundum autem Alexandrum Macedonem, qui parva manu maximam orbis partem subegerit obsidendarumque urbium doctissimus fuerit. cumque de tertio rogaretur, se non dubitavit, licet ab Africano victus fuisset, tertium affirmare. cunque retulisset Scipio: quid, si me vicisses?; adiecit Hannibal: me ducem ducum super omnes alios predicarem⁽¹⁾. ut non debeat aliquis nec tu sic precipitanter anteferre vetera novaque postponere, quod non preponatis eos quos ratio vult preponi. dic, queso, michi: cum Petrarca noster, quem me priscis adeo reprehenditis pretulisse, gentilia viderit et christiana et illa satis istaque multum hauserit, et, ut ex scriptis suis apparet, didicerit atque calluerit, cur inscitie michi vel culpe imponitis, si eum Gentilibus, qui christiana nesciverint, anteponam? nonne maior esse tibi videtur et dignior qui grammaticam sciverit atque rethoricam, quam qui solam grammaticam noverit, etiam si de grammatica illi, quem grammaticum et rethoricum volumus, antecellit? non credam vos ita desipere, quod rem tam claram penique subiectam sensui denegetis. patienter ergo feratis me Petrarce nostro iustam hanc tradere prelaturam, nec amplius, si placet, rem tam claram, imo clarissimam, contendatis; confiteamini quoque rerum scientia doctos Paganis antecedere Christianos veramque eloquentiam, que de rerum doctrina scientiaque splendescat oportet, ut vult Cicero⁽²⁾, non contigisse Gentilibus, sed Christianis, ut certum est: illam vero puerilem et inanem, ut vult Arpinas⁽³⁾;

inopem rerum nugasque canoras,

1-2. *Cod.* Naçançeni

(1) Cf. PLUTARCH. *Titus Flamininus*,
XXXI.

(2) CIC. *De orat.* I, VI, 63.

(3) CIC. *op. e loc. cit.*

Mal'esser taluno
insuperabile, non
toglie che altri
possa pur dirsi glorio-
sioso;

come non tolse la
fama di gran capi-
tano ad Annibale
l'esser stato prece-
duto da Alessandro
e da Pirro.

Il Petrarca co-
nobbe la sapienza
pagana e la verità
cristiana;

perchè Coluccio
sarà biasimevole
d'averlo anteposto
agli antichi?

Egli accoppiò al-
l'eloquenza la vera
dottrina;

or l'eloquenza di-
sggiunta dalla verità
non ha valore

ma diviene veramente mirabile quando si disposa ad essa.

Abbandonata a sé sola, quantunque assuma svariatissime forme, è pur sempre semplicemente eloquenza.

Ma il linguaggio stesso muta natura ed aspetto col passar del tempo:

or come pretendere che i moderni si astringano ad imitar rigidamente il parlar degli antichi?

Gli antichi medesimi non fecero così: essi trasformarono e modificarono l'idioma loro secondo i tempi nuovi e le nuove idee.

ut Flaccus ait ⁽¹⁾, habuere Gentiles; habent et illi, qui solum eloquentie student, quam Tullius ipse vult, utpote sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam. cum vero Christianis ratio loquendi patet, hoc est ipsorum vere doctrine coniungitur eloquentia, tunc admirabile nescio quid conficitur quod satis non 5 possumus commendare. penes ipsam tamen eloquentiam et sapientiam distinguatur ut varie variisque modis personet et nite-scat necesse est. quicquid sit litteratorium, quo laudamur, solida tamen et vera laus penes sapientiam est. laudet et variet eloquentia, sicut libet; nunc alta sublimique figura feratur in arduum, 10 nunc infima serpat, nunc mediocriter subtervolet; nunc copia exundet, nunc brevitae contrahatur; nunc in morem pinguis prati vireat et florescat, nunc areat in habitum sicce rupis; rerum tamen veritas, quanvis eloquentia variet, non mutatur. et ipsa facundia, quacunque differentia varietur, facundia, id est eloquentia, 15 semper est. et quoniam, ut vult fons eloquentie Cicero, omnis dicendi ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur et in dicendo vitium vel maximum est a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorre ⁽²⁾, nonne inscitissime facitis tu et ille et 20 omnes alii, qui maiestatem illam eloquii tam anxie desideratis in modernis, ut nisi vincant vel saltem redoleant vetustatem adeo mordaciter condemnetis? reprehenditis eos, quod maximo vitio, quod imponit Tullius a vulgari genere orationis discedentibus, non tenentur. si nulla mutatio ab Ennianis temporibus facta 25 fuisset; quod accuratissime fecit, sero licet, Cato Censorius; fecerunt et alii multi post eum, ut L. Crassus, M. Antonius, M. Varro, M. Tullius, C. Cesar, Hortensius et alii plures, qui romanum eloquium, velut agrum frugiferum, coluerunt; adhuc vetus illa ruditas permaneret. sed, ut ad Petrarcam redeam, videtur tibi 30 par ipsum inter rudes et discolos enumerare? estne de illorum numero, qui nulla vel admodum parva possit equatione cum priscis illis eruditissimis comparari? sed inquires: tu non solum com-

7. ut] *Cod.* et 11. *Cod.* mediocri 22. *Cod.* et

(1) *HOR. Ep.* II, III, 322.

(2) *CIC. De orat.* I, III, 12.

paras, sed anteponis Ciceroni Virgilioque. quod miror in mentem tuam incidere potuisse. sed vide, si placet, illam qua pretulerim rationem florentinum Petrarcam Virgilio mantuano. scio quod ipsum non preposui metro sed prosa; conatusque sum ostendere, cuius rei auctorem habeo Ciceronem, prosam, veluti mare, metris, veluti fluminibus, esse maiorem ⁽¹⁾. et quid? erisne tam attrite frontis supineque impudentie, quod Petrarcam Maroni non preponas in soluto sermone? et si minor versus prosa sit, ut indubitanter est, sive maiestatem rerum sive facundie latitudinem velis aspicere, videorne tibi irrationabiliter id fecisse? multa quidem sunt, que primo videntur intuitu non constare; quorum postquam in considerationem veneris non probabilia solum, sed verissima reputabis. nam quod olim de comparatione Ciceronis et Virgilii in controversia fuit, non prose versusque comparationem respiciebat, sed eloquentie solum acumina, quibus volebant illos romane facundie principes hic unum, hic alterum anteferre. et de Marone quidem credo satis vere quod tunc tradidimus astruxisse; quando quidem prosa sine dubitatione vincatur; carmine vero, longissimis licet spatiis, imitationis tamen alicuius afflatibus attingatur. sed ad Ciceronem veniamus, quem locum, ut arbitror, tibi reputas firmiorem. an ipsum metro dices preferendum esse Petrarche, cuius quicunque magis Ciceroni favit, nullam unquam ei tribuit dignitatem? vide Senecam, ut de utroque simul Cicerone Virgilioque cognoscas, quid tertio *Declamationum* libro scripserit varie eloquentie virum Severum Cassium de ambobus sensisse. tradit enim quod, interrogatus a se quare in declamationibus impar esset sibi responderit: quod in me miraris pene omnibus evenit. magna quoque ingenia, a quibus multum abesse me scio, quando plusquam in uno eminuerunt opere? Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit; Virgilium illa felicitas ingenii oratione soluta reliquit. orationes Sallustii in honorem historicarum leguntur; eloquentissimi viri Platonis oratio que pro Socrate scripta est nec patrono nec reo digna est ⁽²⁾. tanto teste tantoque recitatore fateri potes, imo debes et agnoscere nullum

Ma a Coluccio si muove rimprovero d'aver anteposto il Petrarca a Tullio e a Virgilio. Or questo è inesatto. Egl disse il Petrarca superiore al primo nella poesia, al secondo nella prosa: e pensa essere stato nel vero.

Chi può dubitare difatti che Cicerone non sia stato mediocre poeta, e Virgilio cattivo oratore?

Seneca stesso ne dà eloquente attestazione.

(1) Ved. lib. IV, ep. xx; I, 338 sg.

(2) ANN. SEN. *Controv.* III, 8.

Il Petrarca invece fu ottimo così ne' versi come nella prosa; egli dunque deve stimarsi superiore a Cicerone ed a Marone.

Adentrampi poi, come a qualunque altro tra i Gentili, è andato innanzi nella dottrina e nella cognizione della verità Cicerone, che tanto studio e tanto lesse, come Accademico faceva professione di nulla sapere.

Or chi non sentirà nel porre lui, che era per sua confessione ignorante, e l'ignoranza poneva a fondamento della sua filosofia, al Petrarca?

Nè il Poggio, nè l'amico suo vo-

unquam fuisse omni ex parte perfectum, ut non ita tu vel ille tuus debeatis reprehendere vel mirari si Petrarcam Virgilio prosa, Ciceroni vero carminibus anteponam. noli caput excutere, noli quod est evidens denegare. plane sic est; nec vincit Maro Petrarcam soluti sermonis dignitate nec Arpinas meus oratione ver- 5
sibus alligata. sic navigavit maria Tullius, quod nunquam amplitudinem suam strictis fluviorum alveis coarctarit; nec Maro, quicquid sciret, unquam exivit fluvios nec illis pelagi fluctibus, quos semel infeliciter expertus fuerat, ulterius voluit agitari. superant ambo de facundie dignitate Petrarcam; superantur illi a 10
Francisco nostro; non simpliciter, sed Cicero versu, Maro vero, ne contendas, obsecro, solute dictionis ornatu. sed eruditione peritiaeque veritatis modernus hic noster non duobus illis solum, sed plane cunctis Gentilibus antecellit. multa vidit, fateor, greca latinaeque Cicero, per multa studens atque discurrens; sed, semet teste, 15
cum foret Academicus, nichil scivit. erat enim, ut nosti, illius hereseos atque philosophie professio nichil scire. si quicquam enim scisset, Academicus non fuisset. visne sibi plus tradere quam homo gloriosissimus sibi daret? summa sibi gloria erat, sicut cunctis Academicis, nichil scire, imo firma constansque sententia 20
nichil sciri. vivebant in dies, quicquid eis pro tunc occurrebat probabile defendebant moxque contrarium disputabant. nescio quid de contradictoriis estimabant, sed arbitror eos putasse neutram contradictionis partem veram vel falsam esse vel saltem vera falsane forent, omnino sciri non posse: sique illud quod erat fixum 25
professionis eorum principium fundamentumque, nichil scilicet sciri posse, verum falsumve putabant, a Cicerone vellem audire et an saltem hoc se scire, quanvis nichil sciri posse contenderet, sentiebat. sed has dementias omittamus. cum autem incertus de incertis sue professionis oraculo Cicero semper esset, nonne pu- 30
dendum tibi et idem sentientibus prorsus est, de scientia et eruditione, eum, se teste, nil scientem anteponere vel equare Petrarce? desine posthac, carissime Poggi, tam stulta tamque refellenda dicere vel sentire; rogaque illum amicum tuum meumque, qui tam

alte tamque gloriose de me sentit, quod me suis ulnis taliter amplectatur contineatque, quod e gremio non cadam suo. seni quidem formidabile nimis et periculosum est precipitem ex alto ruere. tacque quod eum sua, si fieri potest, scriptione vel tua saltem, 5 agnoscam.

Restabat iuxta receptorum seriem respondere singulis que scripsisti. sed quia satis pro causa dictum est, ut arbitror, nolo tecum strictius congregi, ne te forsitan acrius carpam et ledam. senes enim, pristinae virtutis memores, quicquid roboris superest, colligunt 10 conanturque gravius ferire vincereque validitudinem et etatem ⁽¹⁾.

Cum hucusque scripsissem, recepi litteras tuas, quas letus ridensque legi, memor quod

Sepe minus faciunt homines, qui magna minantur ⁽²⁾.

vale. Florentie, septimo decimo kalend. ianuarii.

glian dunque per severare a fargli colpa di preferir questi a tutti gli antichi.

Lo ammonisce a non mostrarsi pertinace perchè è disposto a respingere come si conviene ogni nuovo assalto.

Ebbe la nuova sua lettera che l'allegrò assai, giacchè ne dedusse che egli era più pronto alle parole che ai fatti.

15

XX.

A BERNARDO DA MOGLIO ⁽³⁾.

[Ch, c 23 A.]

Bernardo de Moglo.

20 IUVAT semper, karissime fili, res videre tuas, idest quas per te Deus ipse facit; sed nunquam magis in huius generis rebus iocunditate leticiaque permotus sum, quam in his, que novissime

Firenze,
8 gennaio 1406.

Sebbene gradisca sempre le sue lettere, niuna gli fu mai così accetta

(1) Reminiscenza di san Gerolamo: cf. lib. III, ep. xv; I, 305, e v. anche l'ep. xxii di questo libro.

(2) Saepe minus faciunt homines, qui magna
[minantur,
Saepe gerit nimis causa pusilla metus.

È il distico di chiusa della xxv tra le cosiddette *Fabulae Gualteri Anglici*, De terra tumente; cf. HERVIEUX, *Les fabulistes latins*, Paris, 1884, II, 396.

(3) Bernardo da Moglio, il quale, come s'avvertì nelle note all'ep. III di questo libro (p. 10 sg.), trovavasi ancora a Bologna a mezzo il 1404 in poca lieta fortuna, eretto in speranza di miglior sorte dalla fama che Innocenzo VII

erasi venuto procacciando di protettore degli studi e degli studiosi, deliberò cercar anch'esso in corte di Roma la sua ventura; e difatti riuscì, sembra, a procacciarsi un posticino nella cancelleria apostolica. Scrisse egli allora al S. per dargli notizia de' casi suoi e pregarlo insieme a volerlo raccomandare al Bruni, da cui forse per ragione dell'ufficio dipendeva. Il S., sempre premuroso verso il figlio del suo antico maestro, non tardò a rispondergli, ed adempi poi alla promessa di metterlo in buona vista all'Aretino nell'epistola a costui, che a questa tien dietro.

come quella a cui risponde, tutta in lode di Leonardo Bruni. Accetto gli era lo scrittore, accetto lo stile, accettissima la materia.

Sentiva lodato se stesso nell'amico

e sapeva veritiero l'elogio.

Gode che abbia stretta amicizia col Bruni:

cerchi di coltivarla; ne trarrà gran profitto.

A lui lo ha raccomandato: egli poi faccia quanto può per piacergli.

michi Leonardum Aretinum meum, summi pontificis a secretis, celebrans laudansque scripsisti. nec mirum. placebat et placuit michi semper scribentis persona, placebat et stilus ultra solitum elegans et ornatus, placebat et materia, quam gratissimam faciebat persona, cuius commendationibus indulxisti. quibus et illud latenter inerat quod, cum ipse sit anime plus quam dimidium mee ⁽¹⁾, imo penitus idem ego; plus enim in hoc credo Philosopho quam Poete ⁽²⁾; laudes suas meas sentiens, Themistoclis induta persona, illis velut propriis delectabar ⁽³⁾. accedebat et illud quod, cum que dicebas verissima scirem, efficacius ea quam si dicerentur panegyricè permovebant; quibus cum, ut sciebam, Leonardus visus sit tibi, videatur et omnibus dignus amari, veniebat ad cumulum quod eum diligeres et quod iam in eius familiaritatem et amicitiam sis receptus. nec mirum. facilis enim similium permixtio est, repens irrevocabilisque confusio, cui rei dedisse crediderim non modicum adiumenti, quod vicissim sciretis ambo vos meos esse. tu fac, mi Bernarde, virum istum colas, adhereas homini et ab eius latere non discedas. vir est, qui, cum multa calleat actū, nescio cur non dicam omnibus, de quamplurimis habitu sit sufficiens, imo pene super infinitis rerum causarumque figuris idoneus respondere; frustra que penes alium queres quod ipse nesciverit edoceri. ego te sibi, licet sciam fore superfluum, commendavi; tu fac diligentia tua, affabilitate tua, amore dilectioneque et homine libero dignis obsequiis, ut in dies carior sibi fias ⁽⁴⁾. vale. Florentie, sexto idus ianuarii.

11. Cod. panegerice 19. Cod. dopo non segna una lacuna.

(1) Cf. HOR. Od. I, III, 8.

(2) Allude alla definizione che ARISTOTELE, *Eth. Nicom.* IX, IV, 5, dà dell'amico: ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός.

(3) Cf. VAL. MAX. VIII, 14, ext. I.

(4) Sul punto di congedarci per sempre dal da Moglio, gioverà accennar al pochissimo che conosciamo delle sue posteriori vicende. Ci è di scorta in ciò una letterina, purtroppo senza data, a lui diretta tra quelle che

di Pellegrino Zambeccari ci ha conservate il cod. V, F, 37 della Nazionale di Napoli, c. 26 B. Trattandosi di breve scrittura ci piace riferirla intera.

Bernaldo de Mulio eo (*) quod magna attemptat consilium super eodem sibi prebendo.

Glorior multum, amantissime frater, quod occurrentium tibi et arduorum negotiorum tuorum me participem habes. non haberes equidem me, nisi censeretur me esse quod es; ideoque summe letor

(*) Cod. ea

XXI.

A LEONARDO BRUNI ⁽¹⁾.

[Ch, c. 18 B.]

Leonardo Aretino.

5 **L**INUS Colucius Salutatus Leonardo Aretino summi pontificis a secretis salutem dicit. iuvat repetere culpatum mearum litterarum auspiciū. postquam ergo tibi per Dei gratiam bene est

Firenze,
9 gennaio 1406.
Ripeter vuole la
salutazione pre-
messa alla sua pre-
cedente, sebben cri-
ticata dall'amico.

7. *Cod dà due volte bene est dopo grat.*

te principium aliquod invenisse per quod ad maiora scandere poteris. invenisti illum dominum Franciscum, qui te cum serenissimo domino rege Ungarie perducet ad magna; et quod de ipso speras melius ego iudico et auguror esse futurum. oam, ut est apud nos (*) proverbium antiquum: magni pisces capiuntur in alto. ad mare eundem est qui magna capere cupidus (**) fuerit. erat adeo, ut novisti, extenuata curia (***) quod fructum in ea aliquando in mille annis meo iudicio non fecisses; nec erant in ea nisi rivuli qui vix uni sitiēti potuissent extinguere sitim. procedes ad aquas ubi erit tibi natandi ampla facultas. sub fortuna (****) vivimus omnes et infelix qui nunquam alta temptare didicit et servivit semper humilibus. querendum est ut moriamur in magnis potius quam in minimis vivere oppresse. habes consilium meum conforme cum tuo. si non succedat ad vota, te virtuosa audacia, conscientia ubilibet excusabunt; nec dici poterit te muliebrem animum habuisse. vale felix. datum Bononie &c.

Il re d'Ungheria esser non può che Sigismondo, presso il quale, com'è noto, trovò asilo anche P. P. Vergerio. Ma se al gran viaggio Bernardo s'accingesse davvero, rimane a sapere.

(1) Punto, come s'è detto, sul vivo dal tono soverchiamente rude, con cui il S. l'aveva accusato, a veder suo, di mollezza e d'insofferenza de' disagi, Leonardo, ch'era di natura prontissimo all'ira, non seppe trattenere il primo impeto di malumore; onde, afferrata

la penna, diresse al suo troppo severo ammonitore una lettera in cui, pur evitando di tornare sull'argomento per paura d'oltrepassare i limiti dell'onesto, si prese il gusto di punzecchiarlo non lievemente a proposito di certe inezie sfuggitegli nello scrivere. Più tardi, subentrata al furore la riflessione, vergognossi d'aver ceduto così facilmente ad un puerile dispetto, e se ne aprì con sincerità (ciò che fa l'elogio della bontà del suo carattere) col fido Niccolò Niccoli. « Alia quaedam le-
« via »; egli gli diceva, raccontando come fosser ite le cose tra Coluccio e lui, addì 11 marzo 1406; « quae inepte
« quidem eius epistola continebat, non
« absque aculeis quibusdam insectatus
« sum; et hoc ipsum fecisse me poe-
« nitet. nam tolerare honestius fuit
« quacumque mente id agat, praeser-
« tim cum parentis eum loco habue-
« rim hactenus et habiturus perpetuo
« sim »; *Ep.* lib. I, ep. x; I, 20; cf. *Luiso*, op. cit. p. 20. Savi concetti ma oramai il pentimento era vano l'epistola stizzosa ed acerba già si trovava nelle mani del S., il quale, più dolente forse di quanto abbia lasciato trasparire, dell'irritazione del Bruni, si diè premura di rispondergli in tono molto rimesso colla presente.

Ciò che soprattutto, se non c' in

(*) *Cod.* omette nos

(**) *Cod.* omette cupidus

(***) *Cod.* cura

(****) *Cod.* forma

Essa si allontana, è vero, dall'uso classico;

ma l'imitazione dell'antichità non dev'essere servile.

Non vede quindi motivo di mutarla,

et successivum, et quod totum simul est cum eo cuius nulle partes sunt. esse quidem, verbaliter sumptum, sic preterit et futurum est quod nunquam nisi per instans est. sed hec alias. nescio quidem quomodo fuerim extra propositum evagatus: et unde discessimus redeamus.

5

Della divinità
pertanto, che l'uo-
mo non riesce nè
ad intendere nè a
descrivere,

Mosè ci insegnò a
parlare sotto velo
di figura e di simi-
litudine,

rinnovando così
un'usanza già an-
tica,

come il vecchio Te-
stamento ci ap-
prende.

Tra coloro che
così parlavano di
Dio ebbe quindi o-
rigine la poesia;

Deus cum incorporeus sit, nec cor habeat nec aliquid quod secundum intrinsecus et extrinsecus distinguatur, talis igitur est ut nullo modo de Deo veraciter dici possit: et tactus dolore cordis intrinsecus. sed vir ille, Deo plenus, de quo scriptum est quod ostendit illi Deus gloriam suam⁽¹⁾, de illo divino numine nos docuit loqui, ut per figuram et similitudinem, cum de illo referre voluerimus, enarremus⁽²⁾. fuit hoc tamen ab ipso non de novo quidem inventum, sed receptum. precesserant etenim multi, ut primos parentes omittam, cum quibus iste loquendi modus inceperat; cum legamus Cayn et Abel sacrificia prius fecisse verbaque habuisse cum Domino⁽³⁾; legamus et Enos filium Seth quod prius inceperit invocare nomen Domini⁽⁴⁾. scimus et Noe cum Domino fuisse locutum, sicut et Abram; et aucto nomine tandem Abraham⁽⁵⁾; et alios multos ante Moysem cum Domino fuisse multotiens fabulatos; quibus etiam si sacris litteris nichil expresse dicatur, clarum esse potest, imo debet, creberrimos de Deo fuisse sermones, inter quos incepit ista poetica, que sola reperta est sufficiens fa-

10

15

20

7. Le parole talis igitur est che mancano in tutti i codd. son state aggiunte da me per compiere la proposizione evidentemente monca. 8. P¹ P² ver. de Deo 9. Sopra vir ille in P² sta scritto Aug.nus 10. illi] P¹ sibi 11. P¹ volerimus 13. L² precesserunt 16. et Enos] L² P² et nos; ma in P² a nos fu prefisso d'altra mano un'e 18. P¹ loc. et aucto nom. Abraham L² P² Abraham P² auto 19. P² Deo

stessero una identità tra la creatura ed il creatore, come già alcuni antichi filosofi, quali Melisso, Parmenide, Xenofane, avevano preteso esistesse tra il finito e l'infinito. Cf. HAURÉAU, *Histoire de la philosophie scolastique*², II part. to. I, Paris, 1880, p. 75 sgg.

(1) Cf. *Exod.* XXXIII, 18. Scrive qui il Castellani: «Ma quello uomo, «del quale a pieno è scritto, perchè

«Iddio gli mostrò la gloria sua»; STOLFI, op. cit. p. 209.

(2) Allude alla narrazione inserita nell'*Exod.* XIX sgg. de' colloqui che Iddio tenne con Mosè, «facie ad faciem», sicut solet loqui homo ad amicum suum» (XXXIII, 11).

(3) *Gen.* IV, 3 sgg.

(4) *Gen.* IV, 26.

(5) *Gen.* VI, 13 sgg.; XVII, 1 sgg. e ved. 5.

cere non proprie, sed distorte figuratisque verbis quod puris locutionibus non licebat; ut aliqualem scilicet ad intellectum loqui possemus de superni numinis inenarrabili maiestate. hinc descendit modus iste loquendi tegendeque veritatis studium sub cortice falsitatis; quem morem usurpaverunt theologi, tam gentiles, ut
 5 Orpheus, Museus et Linus, quos inter primos Ethnicorum theologos nominat Augustinus⁽¹⁾, et omnes alii quos cecitas illa devios traxit, necnon et omnes, qui de Dei populo natura vel circumcissione selecti, pie rationabiliterque de Deo locuti sunt. hoc
 10 quoque devenit tandem, ut cernimus, ad Christianos, quod receptum invenerunt ab omnibus agiographis et prophetis, et ipsum Salvatorem nostrum vident sanctissimis Evangeliiis miscuisse, in quibus, si nichil foret aliud quam innumerabiles parabole, quas Christus posuit, licet infinitis aliis carerent mysteriis quibus Evan-
 15 gelia ipsa redundant, satis et sufficientissime clarum omnibus esse debet a locutionis poetice more non discessisse⁽²⁾. quibus fateri consequens est hanc inventionem fuisse divinam potius quam humanam; quod abunde probant adumbrata phantasmata somniorum⁽³⁾, que; ut alios omittam, et a Gentilium testimoniis, ne aures
 20 tuas offenderim, absteineam; sanctissimus patriarcharum Ioseph captivus sociis regieque maiestati priusque patri et fratribus proposuit, aliis autem interpretatus est⁽⁴⁾; quibus apparet Deum multotiens per figuras fuisse locutum, ut ab eo sumptam admirandam hanc alieniloquio dicendi formam, non ab hominibus oporteat
 25 confiteri. quo michi videtur, carissime mi Iohannes, te et alios, qui poeticam abhorretis, in nimia simplicitate maximoque in er-

di qui venne il linguaggio figurato, onde si valsero i teologi fioriti tanto fra i Gentili

quant' in mezz' al popolo eletto.

E da loro passò poi ai cristiani, che lo ritrovarono usato non solo dagli agiografi e poeti ebrei, ma dal Salvatore in persona, come ne fanno fede gli Evangelii.

Si tratta dunque d' invenzione meglio divina che umana, come attestano anche i sogni di cui Iddio si valse per avvertire or questi or quelli tra i prediletti suoi di quanto era per avvenire.

È quindi effetto di soverchia semplicità e d' ignoranza somma cote-

1. puris] *L*² pluribus cancellato e sostituito pur.

4. *P*¹ omette que dopo teg.

19. *P*¹ *P*² omittamus 20. *L*² Ioseph 20-21. *P*² captivis

(1) S. AUR. AUG. *De civit. Dei*, XVIII, XIV, De theologis poetis. E cf. anche PETRARCA, *Epist. Fam.* X, IV, ed. Fracassetti, II, 83; BOCCACCIO, *De gen. deor.* lib. XIV, ed. Hecker, p. 213.

(2) « Nec fastidiant obiectores, hac « specie [confabulandi] sepiissime Christus deus in parabolis usus est »; BOCCACCIO, op. cit. p. 217. E cf.

anche PETRARCA, op. e loc. cit.

(3) « Gli uomini che sognano dormendo », colle quali parole il Castellanì ha reso i « phantasmata somniorum » del testo, sono divenuti « gli uomini che seguono » per lo STOLFI, op. cit. p. 212.

(4) *Gen* XXXVII, 5-10; XL, 5-23; XLI, 14-32.

sta guerra alla po-
sia,

Se ne astengano,
ove però lo pos-
sano, i religiosi;
ma non si curino
di quanto accade
fuori de' conventi
loro.

Di fatti, per ve-
nire al terzo punto,
con qual diritto
Giovanni vuol proi-
bire al Corbinelli
d'attendere allo stu-
dio degl' antichi?

Esso non è dav-
vero contrario al-
l'onestà.

Se i santi Padri
citano con somma
frequenza passi di
poeti, filosofi, ora-
tori,

se quanto dicono
costoro è a giudicar
ivi bello, santo e
vero, come mai di-
viene l'opposto,
quando si ricerchi
nei libri stessi don-
d'è cavato?

Non voglia dun-
que più oltre Gio-
vanni vietar ciò che
i santi Padri fecero,
con gran lode pro-
pria e profitto al-
trui,

che li rese tanto
formidabili al Pa-
ganesimo quan-
d'era fiorenti,

rore versari, qui velitis omnes a divina locutionis imitatione, velut abominabili crimine, detertere. prohibeatis hec, si placet sique potestis, vobis in claustris; nec sit cura vobis de his que extra sunt. non est enim hoc vestri iuris vestreque potentie prohibere; sed inhibeat is hoc vobis, si potestis, ut dixi, videteque quotiens in die contra legis vestre seriem faciatis.

Et ut expressius ad tertium membrum veniam, unde tibi, precor, quod Angelum meum prohibeas operam oratoribus, poetis aut philosophis indulgere? quod tibi ius in eos qui sunt extra claustrum? sed liceat tibi; liceat et omnibus non solum persuade-
dere, sed precipere quod honestum est prohibereque contrarium. quid inter istos est cur debeant prohiberi? scio legoque quotidie apud Hieronymum, Ambrosium et Augustinum egregia philosophorum et oratorum dicta carminaque poetarum, que velut sidus aliquod inter tractatus illos sanctissimos eminent et resplendent; que quidem te non arbitror quasi crimen aliquod condemnare. si vera, si sancta, si decora pulcraque sunt apud istos doctores inventa et ibi sine peccato leguntur, cur apud auctores suos dici debent nefaria vel profana? cur nobis prohibita, si sacris doctoribus concessa sunt? an forte mala sunt atque mendacia si legantur in fonte; cum enim fuerint apud istos in rivulo bona fiunt et in verissima convertuntur? nescio videre cur nefas esse debeant in ore legentium, si per sanctissimos illos viros pro sanctis atque veris sumpta sunt de manibus ipsorum auctorum. desine, precor, carissime mi Iohannes, et ab his facessas oro; nec tantum tue credas puritati opinionique paucorum, quod id inhibeas quod non decet, quod sanctissimi doctores sine dubitatione fecerunt, ab omnibus collaudati, quod est summe pium summeque ab omnibus celebratum; quod illos cunctis reddit tam admirabiles quam peritos; quod eos longe plus contra Gentilitatem armavit quam divina Scriptura, que penes illos tantum habebat

1. *P¹ dà ac per a* 1^a *P² divine* 4. *P¹ nostri iur. nostreque* 7. *L² te* 8. quod] *L² ut, che dopo meum dà non* 12-20. *Il brano scio - conc. sunt è riferito integralmente dal Mehus, op. cit. p. CCXCIII.* 13. *Ambrosium]* *Mehus* Basilium 15. *Mehus* aliquid 18. *P¹ ripete inventa e dà ibidem* 19-20. *P¹ sanctis sunt conc. doct.* 21. *enim]* *P² vero fiunt]* *L² sunt* 26. *P¹ P² cred. pur. tue* 28-29. *L² omelte quod est - celebratum* 29. *L² illa cunctos*

auctoritatis quantum illi solummodo recipiebant. et quoniam nobis videndum est, ut inquit Apostolus, et tu ipse testaris, ne quis nos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non
 5 secundum Christum⁽¹⁾, nonne nobis non prohibendum, sed potius precipiendum est ut illa discamus, quo possimus illorum cavere periculosas insidias letiferaque iacula confringere vel vitare vel, quod necessitatis pugnandum est, dum feriunt referire? quid enim efficacius ad hostes vincendos quam scire qua ratione pu-
 10 gnent, qua via possint dimoveri de loco, ubi confici vel confundi? summa cura ducum et imperatorum semper fuit sedes hostium consiliaque explorare, quo tutius possent vel erumpere castra vel prevenire consilia vel adipisci victoriam vel ipsis eripere iam paratam. vide, precor, Lactantium Firmianum, singularem et va-
 15 lidum ethnice religionis impugnatorem, et detrahe sibi que fecit ex poetis, philosophis et oratoribus fundamenta; postque considera quid valeret efficax sua disputatio deficientibus testimoniis poetarum. vide discuteque tecum Augustini libros De civitate Dei, quibus Christianitas non habet clariores; et examina tecum,
 20 si poetas et alia que prohibes ignorares, quot tibi penitus ignota forent quotque oporteret, si non discisses, ab aliis mendicare; tuncque responde michi vel iudica tecum si damnosa vel utilis est noticia carminum et secularium litterarum. credo, si te decipere nolueris, confessum iri multum tibi fructum poetarum noticiam
 25 ad illarum rerum intelligentiam tribuisse; cumque periculum sit forsitan in philosophis propter vehementiam et acumen probationum, quid est discriminis in poetis, quos scimus omnes iuxta corticem nullam habere rationem veritatis? sique voluerimus ad intrinseca vatum et poetarum intima debite curiositatis diligentia
 30 penetrare, nonne miras et latentes veritates inveniemus⁽²⁾, ut sensus

e torna ancor oggi utile per deludere i tranelli che ci tende la fallace scienza mondana.

Come può combattere con speranza di vittoria chi ignori i disegni e le mosse de' nemici?

Se Lattanzio Firmiano, se sant'Agostino fosser stati digiuni della scienza profana, come avrebbero trionfato del Paganesimo?

Giovanni stesso che farebbe se gli mancasse quella dottrina di cui attinse gli elementi dai libri che vuole mettere in bando?

Chè ove si vogliano giudicar pericolosi i filosofi, qual pericolo possono recare i poeti?

Non si nascondono da questi sotto il velame de' versi verità mirabili e profonde,

8. *L*² pugnandum 11. *P*¹ cedes 12. *P*¹ *P*² irrumpere 19. *P*¹ *P*² clar. non hab. Christ. 21. *P*² didicisses 23. *P*¹ omette et 23-24. *P*¹ *F*² nol. decip. 25. *P*¹ periculosum 30. *P*¹ *P*² inv. verit.

(1) S. PAUL. *Coloss.* II, 8.

(2) « E se noi vogliamo passare alla « intrinsecità e alla sottigliezza de' « poeti... guarda che noi troveremo

« la verità »; così il Castellani per avere, bevendo grosso, come nota anche lo STOLFI, op. cit. p. 220, preso « miras » acc. plur. per una forma verbale.

di cui l'intimo sen-
so ben s' accorda
colla verità teolo-
gica?

Ben sel seppero
i santi Padri che
così largamente eb-
bero a giovare.

Chè, oltre a Lat-
tanzio e ad Ago-
stino,

recan di ciò certo
testimonio san Ge-
rolamo tra noi

e tra i Greci quel
Basilio, di cui Leo-
nardo Bruni ha
voltato in latino il
dialogo coi nipoti
sullo studio dei
Gentili,

intrinsicus, licet secundum corticem ludant carmina poetarum et
velut foliorum umbraculis delitescant, miram habeat, cum verus
sit, cum theologica veritate concordiam, nec sit ab eius pene-
trali bus excludendus? inter veritates etenim et veritates nulla
dissensio nichilque quod se mutuo destruat vel repugnet. adiu- 5
vant atque fovant se vicissim aut omnino non nocent. et quid,
obsecro, vir Dei, nos poetas legere vetas, quibus sanctissimi do-
ctores utuntur pro testibus aut ornantur? crede michi, Iohannes,
nunquam confudisset Gentilium religionem eloquentissimus Fir-
mianus tamque eleganter tamque veraciter sine testimoniis poe- 10
tarum; nec pater Augustinus carnalem civitatem tam efficaciter
diruisset sine fide presidioque Gentilium; nec unquam civitatem
Dei tam altis tamque validis propugnaculis erexisset atque mu-
nisset; nunquam et ipse Hieronymus tam large tamque facunde
emulis respondisset christianeque veritatis causam, imo causas, 15
sine poetice rhetoriceque peritia defendisset, quem contra me tam
acerbum producis in testem. vellem autem dialogum sanctis-
simi patris Basilii, quem nuper nobis transtulit in latinum ex greco
vir peritissimus Leonardus Aretinus⁽¹⁾; vellem, imo volo, quod

2. P¹ miramque 7-8. L² doctoribus
L² dopo testim. dava veritatem cancellato.

10. P¹ P² omettono que dopo il primo tam
15. P¹ P² respondissem

(1) L'omelia diretta da san Basilio Magno ai nipoti suoi per incorarli allo studio dell'arti liberali ('Ομιλία πρὸς τοὺς νεοὺς ἔπ' αὐτῷ ἐξ ἐλλενικῶν ὡφελώτερον λόγον), già nel mondo greco celebratissima, conseguì fama non minore in Occidente, dopochè Leonardo Bruni ne curò quella traduzione latina cui il Nostro allude. Porgono di tal fatto imperfettissima prova i ragguagli addotti dal MEHUS laddove passa in rassegna gli scritti dell'Aretino (*Epist.*, L. Bruni scripta, I, p. LXX sg. n. xxxiv); e dico «imperfettissima», perchè d'un'opera, di cui sono quasi innumerevoli le copie a mano, ed abbondano, a datare dal 1475 per lo meno, le impressioni, ei non allega che sei codici mss. e

quattro edizioni per i secc. xv e xvi. Si aggiunga che il Mehus ignorò altresì come la versione Bruniana fosse stata ridotta pure in toscano due volte nel corso del Quattrocento; prima da Antonio di Lorenzo Ridolfi fiorentino (1409-1486), uomo di gran consiglio e prudenza; quindi da Giovanni di messer Donato Cocchi, esso pur fiorentino (1454-15...?). Inedito è tuttora questo secondo volgarizzamento; non già il primo, chè dal cod. Magliab. XXV, 6, della Nazionale di Firenze, lo trasse e pubblicò PIETRO STROMBOLI in occasione di nozze Ridolfi-Borgnini (*La Orazione di san Basilio Magno «Degli studi liberali e de' nobili costumi» volgarizzata da A. R. nel sec. XV*, Firenze, Landi, MDCCCLXXXIX,

legas, ut videas quid tantus doctor sentiat de lectione, quam arguis, poetarum. crede michi, si legere patiens fueris, sententiam mutabis, fractus non solum tanti viri auctoritate, sed rationibus

dialogo che Giovanni farà bene a leggere perchè si troverà indotto a mutare d'avviso.

2-3. P¹ P² mut. sent. - auct. tanti viri

pp. 39), coll'aiuto del comm. Gaetano Milanese di sempre desiderata memoria. Alla versione italiana l'editore volle unire il testo latino dell'epistola proemiale di Leonardo al Salutati, perchè, a suo dire, « le stampe del « sec. xv che abbiamo della traduzione latina di L. A., mancano » di esso: asserto non del tutto esatto, giacchè se in talune stampe il proemio fa in realtà difetto, questa mancanza non si nota in altre; come, a cagione d'esempio, nella edizione milanese del 17 dicembre 1490 fatta da Ulderico Scinzenzeler, di cui un esemplare si trova all'Ambrosiana (*Misc. S. Q. Q.* II, 8).

Dalle parole colle quali il Nostro discorre del lavoro di Leonardo vien naturale desumere che la divulgazione ne fosse assai recente; talchè il VOIGT, riferendosi ad esse, laddove tratta delle traduzioni dal greco fatte dal Bruni, così si esprime: « In diesem Send-« schreiben vom 25 Januar 1406 bezeich-« net Salutati Bruni's Uebertragung « als kürzlich erschienen. Sie ist also « wohl schon in Rom gearbeitet, « wohin Bruni sich im März 1405 « begab »; op. cit. II, 164, nota 1. Pur prescindendo dal fatto che ne' primi mesi della sua dimora in curia Leonardo non potè davvero trovar il tempo di compiere codesto lavoro, staremo contenti ad osservare che bastava leggere l'epistola del Bruni a Coluccio per comprendere che la versione non solo fu fatta a Firenze ma fu forse la prima a cui il giovane ellenista si cimentasse: il che è, del resto, luminosamente attestato dal Poggio, che nell'orazione funebre dell'Aretino così

ne scrive: « Cum adhuc graecis « auctoribus Florentiae vaca-« ret, transtulit sermonem quemdam « b. Basilii, quem habuit ad discipulos « instituendos, mira dicendi suavitate, « ut non traducta oratio, sed a se pro-« fecta videatur »; MEHUS, op. cit. I, p. CXXII. Di qui chiaro risulta che il « nuper », usato da Coluccio, non si deve prendere così strettamente alla lettera come ha fatto il Voigt, e che la versione dell'opuscolo Basiliano ebbe ad essere da Leonardo compiuta tra il 1398 ed il 1404 circa. Io sarei anzi d'avviso che il Bruni mettesse mano all'impresa nel 1400-1401, dopochè l'assalto mosso da Giovanni di Samminiato a Coluccio ed ai discepoli suoi, perchè fautori degli studi poetici, mostrò a costoro l'utilità di aver pronta un'arma nuova ed efficacissima contro lui e gli altri denigratori della cultura antica. Ed infatti, dando ragione della scelta sua, così parla Leonardo al maestro: « Sed « cum sint permulti atque incliti libri, « quos ille accuratissime scriptos reli-« quit; nos in presentia hunc potissi-« mum delegimus, quod maxime eum « conducere ad studia nostra arbitrati « sumus: atque ideo libentius id fecimus, « quod auctoritate tanti viri ignaviam « ac perversitatem eorum cupiebamus « refringere, qui studia humanitatis vi-« tuperant atque ab his omnino abhor-« rendum censent. quod iis contingit « fere omnibus qui ea tarditate inge-« nii sunt, ut nichil altum neque egre-« gium valeant intueri: qui cum ad « nullam partem humanitatis aspirare « ipsi possint, nec alios quidem id de-« bere facere arbitrantur. sed hos

liquidissimis et apertis; de qua paucula retulissem, nisi tam perspicue causam meam probavissem, quod nullis videatur assertoribus indigere.

Passa quindi, in quarto luogo, a contare tutto quanto l'avversario ha raccolto in disdoro della poesia. E prima di tutto nega ch'essa debba per chicchessia essere unica e costante occupazione. Le arti liberali non sono termine a sè stesse, bensì tramite, strumento ad un fine ultimo: e in questo s'accorda con Seneca.

Posto ciò, egli intende provare come a torto l'avversario abbia allegato tra i nemici della poesia san Gerolamo, citando un noto suo luogo ove accenna ai pericoli che dalle favole può derivare al Cristiano;

Nunc autem ad refellenda que dicis accedam, quo quantum expediam articulum, ut recepi. volumus autem in hac materia 5 prefatum esse, quod non est sentiendum quod nunquam a lectione poetica desistamus. absit a me, absit et ab omnibus talis error. liberales quidem artes et ipsa poetica via sunt, non terminus ⁽¹⁾, instrumentaque prorsus in finem ultimum ordinata. vide, si placet, quid ex hoc sentiat Cordubensis epistola De liberalibus studiis ⁽²⁾, et nichil quod plus exigas, michi crede, requires. et ut ad precipuum fundamentum veniam, honoremus antelocationem Hieronymum. non enim, ut arbitraris, inilitat contra me nec id asserit quod putare videris. dicit enim, ut refers, sermone quem de filio prodigo edidit, ut affirmas ⁽³⁾, 15 inter cetera: absit ut de ore Christiani sonet Iuppiter omnipotens et Hercules et Castor et cetera, magis portenta quam nomina. et paulo ante: ne legas, inquit, philosophos, oratores, poetas, nec in eorum lectionibus requiescas: demonum cibus in carmina poetarum secularis sapientie rhetoricorum pompa verborum. et ut 20 ostendat quale sit legentibus periculum subdit: hec sua omnes suavitatem delectant et dum aures versibus dulci modulamine currentibus capiunt, animam quoque penetrant et pectoris interna devinciunt. et ut etiam vos religiosos posterius non dimittat, audi prosequentem: at nunc etiam Dei sacerdotes, omissis Evangeliiis et 25

2-3. *L*² affectoribus (*sic*) *P*² assercionibus 7. *L*² *P*¹ me et abs. ab 13. *L*² ante locutionem 15. *P*¹ *P*² condidit 17. *P*¹ *P*² mehercules et me castor 19. in] *P*¹ *P*² est 21. *P*¹ *P*² subdidit hec] *L*² nec 22. *P*¹ modulacione 23. *P*² capiant 24. vos] *P*¹ *P*² nos 25. *P*¹ *P*² sac. Dei

« cum sua ignorantia relinquamus: « neque enim digni sunt de quibus « verba fiant » (cod. Riccard. 1244, c. 3 B). Se il Camaldolese non s'è riconosciuto in questo poco lusinghiero ritratto, vi ha posto certamente una gran dose di buona volontà.

(1) « Termine » è diventato per virtù dello STOLFI, op. cit. p. 222,

« tornino »: « l'arti liberali... sono via « e non tornino »!

(2) Cf. L. A. SENECAE *Epist. ad Luc.* LXXXVIII, che comincia appunto: « De liberalibus studiis quid sentiam, « scire desideras » &c.

(3) Così difatti scrive frà Giovanni: « In sermone quem de filio prodigi « go Ieronimus condidit, sic ait » &c.

prophetis, videmus comedias legere, amatoria bucolicorum ver-
 suum verba canere, tenere Virgilium &c. his omnibus Hiero-
 nimum adducens in testem ⁽¹⁾, ni fallor, sententiam firmas tuam;
 que quidem non ex epistola tua; corruptissima quidem erant;
 5 sed exemplari verissimo sumenda duxi. nam cum diu, sed fru-
 stra, sermonem Hieronymi, sicut allegas, quesisses, tandem inter
 epistolas suas inveni ad papam Damasum quod opta-
 bam ⁽²⁾. illa quidem cuncta continet que dixisti, continet et
 quedam alia, que tacuisse nichil aliud est quam completam Hie-
 10 ronymi suppressisse sententiam. quod an deceat religionem tuam
 et professorem veritatis et sanctitatis, tu videbis; michi quoque
 clarum est sensisse Hieronimum longe quidem aliter quam af-
 firmes. in his etenim que scripsisti; nescio quidem cur non ta-
 cueris; illud est: ne legas philosophos, oratores, poetas, nec in
 15 eorum lectionibus requiescas; que quidem, si recte sobrieque
 volueris ponderare, videbis coniuncte simul atque connexe pro-
 hiberi lectionem poetarum solummodo cum permanentia ⁽³⁾. si-
 quidem in lectionibus requiescere quid aliud est quam ulterius
 non progredi, sed in eis dimisso transitu permanere? quo fit ut

del qual passo, del
 resto, esso ha rife-
 rito in guisa monca
 ed inesatta le pa-
 role.

Il grande scrit-
 tore non vieta la
 lettura degli anti-
 chi filosofi e poeti,
 ma solo impone di
 non fermarsi trop-
 po a lungo in essa,
 anzi di trattener-
 visi stabilmente.

1. amatoria] *P¹* a materia

(1) S. EUS. HIER. *Epist. XXI ad Damasum* de duobus filiis in *Opera*, I, 385, § 13. Il testo vulgato dell'epistola assai si scosta però da questo che il S. ha restituito, sulla scorta d'un suo antico ms.

(2) Il vezzo di considerare come un sermone l'epistola famosa di san Gerolamo era già ben antico ai tempi del Nostro, ed anche il titolo De filio prodigo, che il S. giustamente biasima come inesatto, rinviensi spessissimo nei codici. Il BOCCACCIO pure lo ripete, *De gen. deor.* lib. XIV, ed. Hecker, p. 213: «Post hec, aucto cla-
 « more, Ieronimum in testem invo-
 « cant, cumque dicentem ajunt in epi-
 « stula ad Damasum de filio pro-
 « digo: Demonum cibus» &c. Non so quale strana allucinazione abbia poi

indotto il dotto postillatore a scrivere in nota a questo passo: «Bei Migne, « *Patrol. lat.*, ist dieser Brief sonderba-
 « rerweise nicht zu finden», quand'essa si legge proprio a coll. 379-394 del tomo XXII di quella collezione.

(3) A render più chiaro il ragio-
 namento un po' sottile ed avviluppato del Nostro, gioverà riferire integral-
 mente il luogo di san Gerolamo:
 « Nonne tibi videtur », egli scrive, « sub
 « aliis verbis dicere [Christus], ne le-
 « gas philosophos, oratores, poetas nec
 « in eorum lectione requiescas? Nec
 « nobis blandiamur, si in eis, quae
 « sunt scripta, non credimus, cum alio-
 « rum conscientia vulneretur, et pu-
 « temur probare, quae dum legimus,
 « non reprobamus »; *Ep. cit.* col. 385,
 § 13.

Non è dunque lecito ritorcere ad altro senso l'ammomento del santo, o riferirlo in modo che altri lo stimi diverso da quello che sia.

Giovanni impari, prima di parlare, a ponderare bene l'intenzion d'un autore: altrimenti stia zitto.

O non si permette egli forse di porre san Girolamo in contraddizione con sè stesso?

Quanto difatti segue presso il santo Padre ne rivela la vera intenzione

omnia illa Hieronymi non simpliciter, ut conaris asserere, sed solum ponendo finem in illis que prohibet, ut dictum est, intelligi debeant, non ad illam precisam interdictionem tendere, quam tibi videris contra poeticam et alia Gentilium studia persuasisse. et licet aliqui textus habeant: nonne tibi videtur sub aliis verbis 5 dicere: ne legas philosophos, oratores, poetas, ne in eorum lectione requiescas; clare tamen vides quid sentiat super hoc ipse Hieronymus. non enim lectionem prohibet, sed in illis requiem interdicat, ut iniuriosum nimis et subrepticium sit, imo nefarium, illud quod ille specialiter et ad unum dixerit intellectum, tacendo 10 quod declarat et vult, simpliciter, ut facis, et velut in omnibus allegare. noli posthac, mi Iohannes, his artibus uti nec in his committere negligentiam, quam quis posset cavillationem et maliciam appellare. lege totum et confer prima cum ultimis, maturationeque delibera que sit auctoris intentio, sique clare vides illum 15 ipsum velle quod optas, allega, si placet; sin autem dubium aut anceps sit, adhibe seram ori tuo⁽¹⁾, ne depravationis aut falsitatis rationabiliter reus fias. quomodo enim staret sensus tuus cum eo quod inter hec dictus pater ait: Itaque et nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras 20 libri veniunt sapientie secularis; si quid in eis utile reperimus, ad nostrum dogma convertimus; si quid vero superfluum, de idolis, de amore, de cura secularium rerum, hec radimus, his calvitium inducimus, hec in unguium morem ferro acutissimo resecamus⁽²⁾. cur hec tacuisti, cur totum scribere non curasti? hec est vera 25 tanti patris intentio. nam et in epistola, qua respondet Magno oratori urbis Rome⁽³⁾, qui ab eo querebat cur in opusculis suis in-

9. *L*² subrepticium 10. *P*¹ *P*² intell. dix. 15. *P*¹ *P*² omettono illum 16. aut] *P*¹ *P*² vel 21. *L*² *P*² sapientia *L*² singularis cancellato e corretto in secularis si] *P*¹ sed 24. *P*¹ *P*² desecamus 26. *P*¹ temporis cancellato e corretto in patris 27. *P*¹ *P*² quer. ab eo *L*² cum *P*¹ *L*² epistolis

(1) Cf. *Eccli.* XXVIII, 28.

(2) *Ep.* cit. col. 385, § 13. Il Castellani nel tradurre il passo di san Girolamo, s'arresta a « radimus »; cf. STOLFI, op. cit. p. 228.

(3) Il dabbene messer Niccolò, igno-

rando chi fosse l'amico di san Girolamo, ha preso « Magnus » per aggettivo, e tradotto di conseguenza: « santo » Girolamo risponde al grande Oratore della città di Roma ». E lo STOLFI, op. cit. p. 229, zitto, sebbene

terdum secularium litterarum exempla poneret et candorem Ecclesie Ethnicorum sordibus pollueret, respondens non negavit nec deprecatus est culpam, sed factum confitens, multorum Grecorum et Latinorum ex exemplis probare nititur hoc concessum et usurpatum⁽¹⁾. nam Moysem, prophetas ac Salomonem plura posuisse de Gentilium libris docens affirmat, Apostolum ipsum usum esse testimoniis poetarum, sicut tibi cuique legenti clare potest et liquidissimum apparere⁽²⁾; ut cum tot eruditissimi rerum fidelium tractatores, quos ille nominat et plus quam quinquageno numero comprehendit⁽³⁾, se et causam tueantur suam, tibi cunctisque certum esse debeat que refers et plurima que omisisti illius auctoris intentionem omnino non esse, neque severe quantum innuis intelligenda. quod adeo verum est, quod ipse idem referat Ciprianum virum doctissimum a Firmiano eloquentissimo reprehensum, quia adversus Demetrianum scribens, prophetarum et apostolorum testimoniis usus sit, quibus ille non crederet, et non potius philosophorum et poetarum, quorum auctoritati non posset, ut ethnicus, contraire⁽⁴⁾. et tu vis legendos non esse philosophos, oratores vel poetas, cum tantus vir quod illis usus non fuerit, ut vides, a viro prudentissimo sit reprehensus? et ut de Hieronymo aliquando concludam, vide super hoc quidnam ipsemet ibidem scribat. cum enim de Apostolo multa dixisset, pro litterarum secularium usu sic subintulit. legerat in Deuteronomio Domini voce preceptum mulieris captive radendum caput, supercilia, omnes pilos⁽⁵⁾, et ungues corporis amputandos, et sic eam habendam esse

la quale esce fuori limpidissima anche dalla risposta data a Magno, ove si giustifica d'aver citato gli scrittori gentili,

adducendo l'esempio di Mosè, Salomone, san Paolo,

e d'altri scrittori cristiani in gran numero.

E per di più ricorda come Cipriano fosse da Lattanzio ripreso per non essersi giovato scrivendo contro Demetriano dell'autorità de' filosofi e de' poeti pagani.

Più ancora: ci trasporta a senso figurato il precetto del Deuteronomio sulla prigioniera chiamata a dividere il letto dell'Isralita;

6. *P¹ P² ips. Apost. P¹ dà esse due volte.* 7. *P² cuilibetque* 10. *P² tueatur*
14. *P¹ P² vir, eloquentiss. a Firm. doctissimo quia] P¹ P² quod P¹ omette ut, in cambio*
del quale il correttore segna in margine vir 19. *P¹ P² non fuer. us.* 20. *P¹ P² omettono*
sit aggiunto in margine d'altra mano. 22. *P¹ P² secul. litter.* 23. *P¹ indentronomo*
25. *P¹ amplexandos*

l'errore sia ripetuto di nuovo a p. 257. Più sotto (r. 6) il Castellani volge « pollueret » in « adornasse » con quanto vantaggio del senso lascio decidere ai lettori!

(1) S. EUS. HIER. *Epist. LXX ad Magnum orator. urb. Romae in Opera*, I, 665, § 2.

(2) *Ep. cit. col. 665, § 2.*

(3) *Ep. cit. col. 665, § 4; col. 668, § 5.*

(4) *Ep. cit. col. 665, § 3.*

(5) « Tutti i peli » della versione nel cod. Ricc. c. 53 A, sono diventati « tutti i poeti » presso lo STOLFI, op. cit. p. 231.

adombrando nella
mistica concubina
la sapienza seco-
lare;

infine, polemizzan-
do con sant' Ago-
stino, gareggia seco
lui nell' allegare i
poeti gentili.

Non voglia di con-
seguenza Giovanni
proibir ciò che san
Gerolamo concede
ed approva:

coniugio. quid ergo mirum, inquit Hieronymus, si et ego sa-
pientiam secularem propter eloquii venustatem, et membrorum
pulcritudinem, de ancilla atque captiva Israelitem facere cupio,
et si quid in ea mortuum est voluptatis, erroris, libidinum, vel
precido vel rado: et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea 5
genero Domino Sabaoth? labor meus in familia Christi proficit;
stuprum in alienam auget numerum conservorum ⁽¹⁾. hec ille.
si ergo sapientia secularis propter eloquii venustatem pie trans-
fertur ad eloquia sanctitatis, nec pie solum, sed utiliter multaque
cum laude; sique necessario convincendis Ethnicis adhibetur, 10
sique propter sacrorum doctorum intelligentiam oportet ista co-
gnoscere, nonne iubendum est quod ista discantur, non, ut
facis, voce terribili prohibendum, quandoquidem Hieronymus
ipse non vetat, nisi solum, ut dixi, ne requiescamus in ipsis?
cur enim idem ipse Hieronymus subiratus ad Augustinum scribens, 15
cum respondet, inquit: ne solus michi de poetis aliquid propo-
suisse videaris, memento Daretis et Entelli et vulgaris proverbii,
quod bos lassus fortius pedem figit ⁽²⁾. hortatus quidem eum
fuerat Aurelius ut palinodiam super Apostoli capitulo caneret
imitaretque Stesticorum inter vituperationem et laudem Helene 20
fluctuantem, ut qui detrahendo oculos perdidierat, laudando reci-
peret ⁽³⁾. ut cum videas hec sacrorum doctorum lumina de poetis
inter se ludere et aperte poetis uti videasque Hieronymum non
defendere quod poetis utatur, nec ipsorum studium inhibere nisi
quo non requiescas in ipsis, ut verum auctoris sensum puto; non 25
debeas sic precise pronunciare quod omnino nolit legendos esse

2. *P*² vetustatem 8. *P*¹ vetustatem 14. ipsis] *P*¹ *P*² ista 16 *L*² omette aliquid
18. *L*² lapsus *P*¹ *P*² fig. ped. 19. *L*² psalmodiam *P*¹ caneretur 20. *P*² imitareturque
*L*² stersiconem *P*¹ thersicorum *P*² stersicorum *P*¹ *P*² laudes 24. *P*¹ *P*² inhib. stud.
25. *L*² quod *P*¹ *P*² requiescamus

(1) *Ep.* cit. col. 666, § 2. Anche questo luogo è ricco di varianti ove si raffronti col testo vulgato. Esso venne reso solo in parte dal Castellani (« per « amor di modestia » argomenta lo STOLFI, op. cit. p. 231); ma la modestia non avrebbe dovuto fargli dimenti-

care il senso comune, e scrivere come fa: « e io, misti da l'uno e da l'altro, « genero di lei servi al Signore ».

(2) S. EUS. HIER. *Ep. CCII ad August.* in *Opera*, I, 831, § 2. E ved. lib. IV, ep. xv; I, 305.

(3) *Ep.* cit. col. 830, § 1.

poetas, ne rationi neque sibimet contrarius videatur. quid enim viro sancto turpius quam id vetare quod faciat et aliis prohibere quod in se publice non observet? consilium, non preceptum est quod non legamus carmina poetarum, ne in ipsis requiescamus; 5 tolle quidem hoc, illud non remanet sub precepto, sed utile, sed necessarium amodo iudica, non christiana solum, sed etiam gentilia didicisse.

Sed ad alia procedamus; alium quidem divinarum Scriptura-
rum presulem Augustinum adducis, qui, cum multa conquestus
10 fuisset libro primo Confessionum de talium vanitate et exem-
plis pestiferis pubertatem suam deflevisset exactam, pronuncia-
verit sententiam, dicens: nonne illa omnia fumus et ventus?
et hic, dulcissime mi Iohannes, verbum quod placet assumis et
totum unde pendet integritas sententie derelinquis. dic, precor,
15 totum, nec ex parte loquaris. tota et integra sententia constru-
ctioque, ni fallor, est: ve, quid michi illud, o vera vita mea, Deus
meus, quod michi recitanti acclamabatur⁽¹⁾ pre multis coetaneis meis
et collectoribus meis? nonne illa omnia fumus et ventus? (2)
hec enim completa sententia; ad hoc, scilicet, acclamationum
20 plausum ista clausula refertur: omnia illa fumus et ventus; ut
si ad aliud trahere cogites, nimis erres, cum ipse Augustinus, ut
videmus et retulit, poeticis usus sit et ob id non ea iudicaverit
ventum ac fumum, sed potius aliquid allegandum. sed addis
iterum: habes illud Boetii vulgare dictum: quis has scenicas me-
25 retrículas ad hunc egrum permisit accedere? (3) laboras semper
eodem morbo; solum ex parte loqueris, non totum tu et alii,
quibus hoc semper in ore vertatur, vel intelligitis vel refertis.
adde, si placet, igitur, quod post pauca Boetius ex eiusdem
Philosophie persona subiecit: sed abite potius sirenes usque in

permetta che con discrezione e misura i fedeli attingano pur sempre alle fonti tanto necessarie del sapere pagano.

Ma, dopo san Gerolamo, Giovanni chiama in proprio soccorso anche sant'Agostino deplorante gli anni giovanili spesi in inutili fatiche.

Pur qui egli mutila ad arbitrio le parole del santo, il quale non giudica inutili gli studi, bensì vane e fumose le lodi che gliene ridondano.

In ultimo richiama la dura condanna inflitta da Boezio alle muse.

E qui pure occorre distinguere.

3. in se] *P¹* ipse e poi concilium 4. *P¹* *P²* req. in ips. 9. *P¹* *P²* quod *L²* *P²* con-
quesitus 11. *L²* *P²* deflevisse 16. ve] *L²* *P¹* *P²* ut 18. *P¹* *P²* omnia illa 20. *P¹*
P² ref. ista claus. 22. *P¹* *P²* retuli 24-25. *L²* omette quis - accedere, che il copista
stesso, avvistosi dell'errore commesso, aggiunse in margine. 26. *L²* modo

(1) Neppur qui il valentuomo del Castellani seppe intendere il significato delle parole di sant'Agostino, e tradusse « acclamabatur » con « mi

« dicevano »; STOLFI, op. cit. p. 235.

(2) S. AUR. AUG. *Confession.* lib. I, cap. XVII, § 27 in *Opera*, I, 659 sg.

(3) BOET. *Phil. cons.* I, I, 27.

La filosofia non caccia dal capozzile del filosofo romano tutte le muse,

exitium dulces, meisque eum musis curandum sanandumque relinquit (1). hoc nunc completum et totum est; iamque potes comprehendere omnes musas non expelli, sed eas solum, que merito debuerant excludi. quas enim musas in Philosophie personam deturbandas censuit Severinus? illas certe, de quibus dixerat: 5

bensi le « lacere camene »,

Ecce michi lacere dictant scribenda camene
Et veris elegi fletibus ora rigant (2).

le muse « sceniche »,

avvezze a dominar sui teatri gli animi del volgo,

integre quidem muse sunt, cum eloquentie sapientia iungitur et vera ratio non adversatur; lacere vero, si desit ratio; si desit omnium moderatrix sapientia. lacere forent etiam, si dulcedo 10 facundie non adesset. nunc autem que sapientia queve ratio est mutata fortuna conqueri, tabescere fletibus et lacrimis exundare? has easdem scenicas vocat; quod enim defertur in scena, sive tragicum sive comicum sit, non subit inspectante populo de ratione iudicium; nec locus enim nec iudex, qui vulgus est, id 15 patitur; sed solummodo risumne an lacrimas vel affectus alios moveat, iudicatur; ut scenice dicantur, ex eo quod, sicut in scena fit, sint humanarum passionum atque affectuum impulsive, quod quidem tu forte putas infamie. non autem est turpe poemati vel poete, si carmina sua deferantur in scenam, sed si non placent, 20 si exploduntur, si frigida vel inertia iudicantur. non ergo scenicas dixit, quoniam sint ignominie, sed quia commoverent affectus, ut in scenis solet (3). nec te moveat illud meretriculas, quod videatur esse contumelie. scimus a merendis nequiciarum libidinumque premiis meretrices dictas esse (4); quod quidem in ca- 25

e dette per questo « meretrici »,

1. L^2 exitum eum] $P^1 P^2$ cum 4. $P^1 P^2$ debuerunt 8. *Sopra integre P^2 reca la glossa: et non lacere* 11. P^1 facunde 16. *an è aggiunto da me.* 18. *atque] $P^1 P^2$ ac* 21. L^2 explodunt 22. $P^1 P^2$ sit 23. P^1 *dopo illud aggiunge vocabulum*

(1) BOET. op. cit. I, 1, 37.

(2) BOET. op. cit. I, carm. 1, 3-4. L'identica distinzione tra i due generi di poesia rappresentati dalle muse « sceniche » e dalle « morali » fa il BOCCACCIO, *De gen. deor.* lib. XIV, cap. xx, ed. Hecker, p. 256 sg.

(3) In modo poco diverso spiega il passo di Boezio anche il PETRARCA, *Invect. in medic.* I, ix; *Sen.* XV, xi, ed.

Fracassetti, II, 438 sg. E v. anche BOCCACCIO, *De gen. deor.* XIV, xx, ed. Hecker, p. 256 sg.

(4) Cf. PAPIAS, *Lexic.* s. v.: « Meretrices a merendo stipendia libidinis dictae ». Cf. anche BALBI, *Catholic.* De litt. M ante E, s. v., dove, rinunciando all'etimologia proposta dal suo predecessore, dice: « meretrix... scortum, « quasi pro mercede hominem tricans ».

menis aliqua ratione non cadit. restringendum ergo vocabulum ad subiectam materiam secundum quam sermones intelligere oportet. est igitur in meretricibus blandum et pallax ingenium, est promptitudo fletus et facilitas lacrimarum, est et ipsa cupiditas lucri turpisque pecuniarum exactio, ut secundum has proprietates possit et deceat illud nomen intelligi. blandum enim, pallax, flebile lacrimabileque lacere muse sunt; cumque deferuntur in scenam poeta precium recipit et actores stipem exigunt, a cuius precii merito meretricule dicte sunt. et sic absolutum arbitror quicquid nobis auctoritatis veluti poetice contrarium obiecisti.

Destruxi, sicut arbitror, tue principalis controversie fundamenta, probavi tue intentionis oppositum, nec restat nisi concludere dictionem. verum quia quedam tue responsionis serie dispersisti, quibus non respondere nimis ineptum esset, ad ipsam redibo, ne tu tibi videaris eam irrefragabiliter posuisse. taciturnitatem enim tropheum et sine pugna tempus exigere ducis esse triumphum. principio quidem contra quod abunde probavi dicens, cum nullum dicendi genus asseruerim tantum habere, sicut refers, cum divinis eloquiis et ipsa divinitate commertium, quantum habet eloquium poetarum⁽¹⁾, subinfers et scribis: quod si ita est, veniant in medio psallentium choro nefanda Iovis stupra, Proserpine raptus, tragedie resonent et alternatim concrepent comedie aliaque nugatoria, quorum pro magna parte nomina et hystorie, meo iudicio, Deo gratias exciderunt. fateamur igitur oportebit quod si cum divinitate maius habeant commertium, ut asseris, prosaici stili dogmata respuentur, quorum in loco seu consortio Metamorphosis carminibus suffulta succedet: sicque Demogorgonis latebre et adulterina Mavortis et Veneris copula per Phebum revelata et deorum oculis retibus presentata talibus nixa suffragiis recitentur; que sicut auctoribus suis detestabilia fuere, ita auditoribus obscena censentur. hec omnia ponis et suppresso cachinno, sicut scribis, cum mea legeres, subiecisti prorsus ad litte-

giacchè, a modo di femmine da conio, corrompono altrui con blandizie e lusinghe.

Dopo aver distrutti così quelli che erano i fondamenti dell' invettiva di Giovanni, passerà a confutare altre sue minori obbiezioni.

Ed innanzi tutto l'avversario affermava essere degna di riso l'asserzione che la poesia è in strettissimi rapporti colla divinità, giacchè in tal caso sarebbero meritevoli di riverenza gli indecorosi racconti della mitologia,

le favole detestabili ed oscene di cui essa è intessuta.

8. *P¹ P² danno et innanzi a poeta* 19. *L² divinate (sic)* 24. *iudicio] P¹ animo*
25. *P¹ P² habeat* 27. *L² Metamorphoseis* *P² succedit*

(1) Cf. lib. XII, ep. xx; III, 541.

ram⁽¹⁾; quæ nunquid latine congrueque contexta sint non attin-
gam; sed eis sufficiat respondere. ad ignominiamne poetice ducis
Demogorgona, Iovem, Proserpinam, Martem et huiusmodi,
magis, ut auctore dixisti Hieronymo⁽²⁾, portenta quam nomina, an
potius stupra, raptum et copulam deorum oculis retibus presen- 5
tata? ⁽³⁾ et in nominibus, quoniam gentilia sunt, aliqua fidelium
oculorum aut aurium esse potest offensio, si secundum rationem
tamen est creaturarum Dei nomina velut nefas aliquod abhorre-
fuerunt etenim hominum appellationes, in quibus offendi et ra-
tione caret et ridiculum est. sin autem illa scelera potius abo- 10
minaris et talium relationem fedam ducis, cur similia tibi non
displicent in sacris litteris, ubi longe graviora leguntur et eo magis
cum sint sanctitatis et honestatis libri? deberes tu, deberent et
omnes ea velut cuncta fedantia vehementius abominari⁽⁴⁾. post

Or se Giovanni
abborre il ricordo
dei personaggi mi-
tologici, egli ha
torto, perchè furon
uomini, e come tali
debbono dirsi crea-
ture di Dio;

chè se rifugge dal
leggere i poeti, per-
chè di que' perso-
naggi narrano azio-
ni nefande, o per-
chè non prova in-
dignazione e ri-
brezzo leggendo le
scelleraggini assai
più gravi che ne'
sacri libri son re-
gistrate?

2. ne] P² ve L² vero 3. L² Demorgona P¹ de Mogorgona 5. P² raptam
P¹ copula

(1) Tutto questo brano che il S. dice di trascrivere « letteralmente » dall'epistola del suo contraddittore, manca nella redazione di essa quale ci è offerta da L², P², dove in seguito ad un evidente rimaneggiamento compiuto da frà Giovanni, si legge invece: « Placent tibi et bucolicorum » pastorales confabulationes, licet non « omnes arbusta iuvent hu- » milesque miricae [VERG. *Buc.* « ecl. IV, 2 »]; placet metamorfoseis et « Demogorgonis nomen diis horren- » dum; et, ut mille huius monstruosa « preteream, placet Dampnes incestus, » « Proserpine raptus, Martis Venerisque » « adulterium, Minerve lanificia tua, » « Bacchi orgia, Priapi nephanda de » « celo turbatio, Europe furtum. pla- » « cetne de amore sive de sine titulo » « Ovidius, de Achille Statius, de Ulix » « Homerus; placetne bella per Ema- » « thios plus quam civilia cam- » « pos [Luc., *Phars.* I, 1], vel formosa » « Thebais, qua ego plurimum, tuo du- » « ctus errore, delectabar? an forsitan

« tragedorum commenta satyrorumve » « censure placent? hec omnia non » « solum vanitas et vanitas vanitatum, » « sed in ore christicole pene blasphe- » « mia sunt, idolorumque ignota cul- » « tura, que, velut monstruosa portenta, » « mentem inquinant, mores dissipant, » « et, si quid boni animo possides, » « huius peste veneni perimetur ».

(2) Cf. s. EUS. HIER. *Epist. ad Dam.* cit. in *Opera*, I, 385, § 13.

(3) « Gli stupri e' ratti e cogni- » « zioni di dii agli occhi presentate » stampa lo STOLFI, op. cit. p. 243 sg.; ma il cod. Ricc. c. 55 A: « più tosto » « struppi e ratti e congiunzioni di » « dii ».

(4) « Cose imbrattanti tutti i can- » « didi misteri della scrittura santa »; STOLFI, op. cit. p. 244. Ma il cod. Ricc. c. 55 A: « cose contrattanti tuti » « candidi misterii della scriptura ». Per il Castellani « foedantia » qui si ricollega con « foedus », patto! Tutta questa parte della versione riesce del resto quasi inintelligibile, e non solo per

- creationem siquidem hominis mox occurrit superba mulieris ambitio, stulta curiositas et habendi quod vetabatur damnanda cupiditas urgensque in vetitum gula⁽¹⁾; quod quidem peccatum tanti fuit, quod universum genus hominum, expulsis paradiso illis
 5 primis parentibus, condemnavit. deinde refertur primum fratricidium in Abel⁽²⁾; sequitur in Lamech bigamia⁽³⁾; cedes Cayn puerique turbata mactatio⁽⁴⁾; et, ut multa dimittam, sequitur Sodomitatum improbitas volentium angelos hospites Loth ad stuprum rapere, divinumque iudicium, quo, dimissa Segor, que Bale antea
 10 dicebatur⁽⁵⁾, tota Pentapolis in Palestina regione celestis ignis imbre vastata est⁽⁶⁾. quid memorem Onan, filium Iude, qui, cum ingredi deberet ad uxorem fratris sui, nomine Thamar, et suscitare, iuxta legem, semen fratris sui, semen suum fundebat in terram?⁽⁷⁾ subeunt autem fratres Ioseph, crimine pessimo accusati, volentes
 15 fratrem occidere tandemque vendentes eum Ismaelitis⁽⁸⁾. et quoniam supra abhorres, nonne legis legitimas filias Loth, patri carnaliter mixtas, patres duarum gentium concepisse?⁽⁹⁾ non legis libro Iudicum, ut ad raptus veniamus, in urbe Gabaa a iuventute civitatis uxorem viri levite per vim arreptam totque in virorum
 20 concubitu compressam et fatigatam, quod mane in hospitis sui limine miserabiliter expiravit?⁽¹⁰⁾ accedat ad hec Bersabe compulsa thalamum regis intrare morsque fidelis Urie⁽¹¹⁾. annumeres licet huic violationem Thamar, sororis Absalonis scelere fraterno com-

A cominciare dalla colpa d'Eva,

dal fratricidio perpetrato da Caino,

passando alle turpitudini de' Sodomitati,

al delitto d'Onan,

ai misfatti dei fratelli di Giuseppe,

delle figlie di Loth,

gli stupri de' Gabaoniti,

alle libidini di David,

e di Annone suo figlio,

2. *L*² otiositas *P*¹ damnandi 3. in vetitum] *L*² inueticū 4-5. *P*¹ *P*² prim. ill.
 11. *P*¹ *P*² Onam 13-14. *P*¹ subvenit; ma in margine d'altra mano subeunt 14. *L*²
 Iosep 20. *P*¹ omette in 21. *P*¹ Bethsabe *P*² Bethsabee 23. *P*¹ *P*² Absolonis

colpa dell'autore; chè l'editore ha cooperato ad oscurarla colla fantastica interpunzione adottata.

(1) *Gen.* III, 6.

(2) *Gen.* IV, 8.

(3) *Gen.* IV, 19. La « bigamia » di Lamec n'è divenuta l'« infamia » presso il Castellani, ma il nome stesso di Lamec è sparito: ed il cod. Ricc. c. 55 A offre questo strano viluppo: « e apresso » di questo segue i lamenti la infamia « morte del giovinetto Cain ». Cf. STOLFI, op. cit. p. 245.

(4) *Gen.* IV, 23.

(5) *Gen.* XIX, 22; ma il nome primitivo di Segor è « Bala, -lae ». Siccome nel sacro testo esso figura sempre al genitivo (cf. *Gen.* XIV, 2, 8), così il Nostro ha creduto si trattasse d'un indeclinabile.

(6) *Gen.* XIX, 24 sgg.

(7) *Gen.* XXXVIII, 9.

(8) *Gen.* XXXVII, 28.

(9) *Gen.* XIX, 30-38.

(10) *Lib. Iudic.* XIX, 22-28.

(11) II *Reg.* XI.

ucciso dal fratello
Assalonne,

è tutta una serie
di delitti e di ne-
fandezze che si
svolge nelle carte
del vecchio Testa-
mento: ma niuno,
sapendo perchè tut-
to ciò è narrato ed
a qual fine, se ne
scandalizza.

Perchè offendersi
dunque trovando
raccontati altret-
tanto, ad intento
morale ed allego-
rico, dai poeti?

Questi a lui par-
vero sempre degni
di studio per tre
ragioni: la pro-
prietà del dettato,
la nobiltà delle sen-

missam, qui germanum suum stupro infectum, sororiam ulciscens
iniuriam solemneque fedans convivium, interfecit ⁽¹⁾. addas licet
et alia multa, que plena sceleris et abominationis sacris litteris con-
tinentur; que, cum scripta fuerint vel ad aliud designandum vel
ad ipsorum actuum detestationem, nec tu nec aliquis pie sentiens 5
divinis litteris imputat. quare damnas igitur, cum similia legis
in carminibus poetarum? iniuriosus es nimis et iniquus, caris-
sime mi Iohannes, qui cum raptus, adulteria stupraque equani-
miter et patientissime legas in sacris litteris, eadem detesteris et
abhorreas in poetis; et cum hec inter divina eloquia vel aliud al- 10
legorice significare velis nec corticem inspicias, vel sicut prohibita
damnataque sacro dogmate legas, eadem in secularibus libris sic
scelerata putes, quod, velut doceantur imitanda, submoveas nul-
liusque integumentum palliatione defendas. hoc iniquius quod, cum
divina illa sciamus esse verissima, hec secularia ficta esse su- 15
spicemur ⁽²⁾.

Ego vero, quo de me loquar, poetas propter tria legendos
esse semper censui: quod propriis uterentur vocabulis, quod
miris sententiarum et verborum ornatibus redundarent, quod

1. P¹ P² inf. stupr. 6. P¹ P² imp. litt. 7. P² nim. es 12. P¹ P² danno ea in-
nanzi a eadem 15. P¹ P² sec. esse conficta 18. P¹ P² omettono esse P² quo

(1) II Reg. XIII.

(2) Riferendosi così a queste parole
come a quelle che poco più sotto il S.
scrive intorno al *Cantico de' Cantici*,
il VOIGT, op. cit. p. 205, osserva: « So
« kühn und zuversichtlich hatte weder
« Petrarca noch Boccaccio anzugreifen
« gewagt, sie hatten sich bei der Ins-
« chutznahme der Poesie und der alten
« Dichter nur in der Defensive gehal-
« ten. Dennoch hat die Kirche als sol-
« che Salutato nie behelligt, ihn schützte
« der ghibellinische Geist (!) seiner Re-
« publik ». Il dotto tedesco esagera
l'ardimento del Nostro. Se il Petrarca
ed il Boccaccio non si espressero mai
così apertamente com'egli fa, altri
suoi contemporanei non son stati
meno espliciti di lui. Così Francesco
da Fiano nell'Invettiva già ram-

mentata, scritta in corte di Roma e
rivolta ad un cardinale, che, com'era
il caso di Antonio Correr, aveva il papa
stesso, Gregorio XII, per zio, dopo aver
accumulati parecchi argomenti in di-
fesa della poesia, non esita ad aggiun-
gere: « Et si ad reprimendas istorum
« garrulantium temeritates, qui stulte
« damnant quod minus intelligunt, ista
« non suppetunt, legant visiones Da-
« nielis ac Ysaye et Ezechielis pro-
« phetarum; legant que divina Apoca-
« lipsis, que Cantica continent Canti-
« corum; quorum omnium si, allego-
« rica sprete medulla, velimus nervis
« tantummodo inherere, nonne ea
« omnium mendaciorum men-
« dacissima, omnium fabula-
« rum fabulosissima censerem-
« tur? »; cod. Vat. Ottob. 1438, c. 5 A.

vitam nostram, qualis esse debeat, virtutes laudando reprehendendoque vitia, designarent. nam tametsi multa turpia de hominibus describant atque diis, nunquam eos invenies hec laudasse, ut illa solum ad sugillationem scelerum referenda sint, que vi-
 5 deant omnes taliter recenserì, quod nec facta nec homines ullis temporibus sperare possint qui talia commiserint obregendos. ingens quidem cunctis agendi bene, si quis recte consideret, malaque fugiendi necessitas atque calcar qui se viderint cum vitiorum actibus seu virtutum eternitate carminum celebrandos. quam-
 10 vis enim hoc idem sepe faciant oratores et hystoriarum scriptores, essentialè tamen et precipuum est poetis; quoniam, ut pater inquit Aristoteles: omne poema et omnis oratio poetica aut est vituperatio aut laudatio⁽¹⁾; quod quidem licet oratores faciant et hystorias referentes; faciunt illi quo persuadeant, criminantur aut
 15 excusent, isti vero quoniam sic gestum est, ut vera scribant; sed poetis proprium est ut laudent aut vituperent ista suis carminibus celebrare. quo necessarium est, si recte sentire voluerimus de poetis, cum detestabilia scribunt, eos indubitanter turpibus personis et actibus velle detrachere; cum autem virtuosa referunt,
 20 collaudare; quo lectores ab illis, utpote fedis, exterreant, ad illa vero, que imitanda sunt, invitent. cum autem theologia Paganorum, iuxta Varronis sententiam, ut refert Aurelius sexto De civitate Dei, tripliciter dividatur, in physicam, scilicet, polyticam et mythicam, quam fabulosam dicimus; et prima philoso-
 25 phorum, secunda populorum et principum civitatis, tertia vero poetarum⁽²⁾; divina providentia factum est, ut quos deos urbes sibi legibus statuissent, docerent philosophi nichil esse; quosque populi veluti deos venerarentur in templis et curia, philosophi disputationibus suis aperte in schola damnarent, divinitatis maiestatem nescio quibus incorporeis potestatibus assignantes. surrexit
 30 ergo iure poetica, que miro prestigio civiles et physicos deos;

tenze, la moralità del loro intendimento.

Quanto riferiscono di vizioso e di turpe sul conto degli dei non è da loro lodato bensì fatto argomento di biasimo.

Gli uomini quindi furon da loro eccitati sempre al bene; e ciò a differenza di quanto facciano oratori e storici, giacchè supremo fine de' poeti è appunto lodare i buoni, biasimare i pravi;

E poichè triplice fu la teologia de' Pagani, a detta di Varrone, fisica, cioè, politica e mitica;

mentre per divina disposizione parve statuito che ai filosofi spettasse mostrar la vanità della prima come della seconda;

della terza i poeti ebbero ufficio di

1-2. *P¹ P² laud. virt. reprehendendaque* 2-3. *P¹ P² descr. de hom.* 12. *P² ratio*
 20. *utpote] P² ut poete* ad] *P² at* 21. *que] P¹ quoniam e poi sint* 24. *P² dopo*
 prima *aggiunge* sit 29. *P¹ P² damn. in schol.* 31. *iure] L² vite (sic)* que] *P¹ quo*

(1) ARISTOT. *Poet.* IV, VII-VIII. Cf. anche BOCCACCIO, *De gen. deor.*

(2) S. AUR. AUG. *De civ. Dei*, VI, v. lib. XIV, ed. Hecker, p. 279.

smuovere le basi, rivelando che quelli, a cui il volgo cieco tributava onori divini, erano uomini, ed uomini scelerati.

Non sia dunque troppo pronto Giovanni alle sinistre interpretazioni; e pensi che il *Cantico de' Cantici*, chi lo intenda alla lettera, è ben più lascivo de' poemi antichi.

Egli poi nega che possano dirsi poemi que' libri del vecchio Testamento che nella lingua ebraica sono scritti in versi; giacchè nell'uso del verso non consiste il carattere poetico di un'opera.

sic enim dispartitus est Scevola, pontificum doctissimus⁽¹⁾; suis fabulis et nugatoriis diis doceret tam politicos quam naturales deos vere deos non esse, sed homines; et non solum homines, sed turpes et sceleratos homines et in quibus nullum divinitatis vestigium appareret. in quo quidem veriores fuerunt poete philosophis, qui deos illos falsos et commenticios voluerunt, ut cuncta scelera cunctaque flagitia, que leguntur apud poetas, deorum infamia sint veraque probatio quod falsissimi forent dii. et tu, quod optimum est in ipsis in tua simplicitate condemnas. 5
sed de hoc iam satis. nichil enim in humanis actibus adeo sincerum est, quod non possit homo, si transversum sentiat et male loqui gestierit, depravare. nam etsi Cantica canticorum secundum litteram inspicias, quid reperies in poetis magis amatorium atque bucolicum, quid vel eque lascivum et quod apertius in libidinum penetret feditatem? qui liber, si recte consideres, poetas omnes a sermonis spurcitate defendit et a fingendi vindicat tam audacia quam curiositate⁽²⁾. 15

Dicis etiam quod ex hoc quod in sacris litteris et Psalterium et omnia ferme cantica, maxima pars Iob et Ieremie Threni lege metrica scripta sint, non debere poemata iudicari; 20
quoniam versus instrumentum est, quo quilibet ad placitum uti possit, non aliter quam gladio, quo alter, ut verbis loquar tuis, ad propulsandas vel ulciscendas iniurias, alter ad irrogandas utatur; nec ideo magis huius quam alterius esse perhibetur; quasi dici debeat quod instrumentum quodlibet sit utentis et non eius 25
potius inventione qui fecerit et eius artificis usu, cuius opus necessario vel commodius eo possit et soleat explicari⁽³⁾. verum aliud est instrumento uti, aliud est ipsum instrumentum facere. vertit enim ad opus suum ligones et aratrum agricola; fabrorum tamen tam ligni quam ferri proprium est illa conficere; nec ut agricola 30
facit vomerem nec capulum ligonis aut aratrum, ut artis et arti-

1. *P¹ P² dopo enim dāno eos* 3. *P¹ veros* 4. *P² sceleratissimos* 9. *L² P² condemnas* 15. *P¹ libidinis L² facultatem cancellato e corretto.* 19. *L² firme* 23-24. *P¹ utar* 24. *L² prohibetur*

(1) S. AUR. AUG. *De civ. Dei*, IV, xxvii.

(2) Cf. nota 2 p. 196.

(3) Nulla di ciò nell'epistola di frà Giovanni com' ora la possediamo.

ficis qui terram colat ea sint instrumenta, non opus; pertinent inventione siquidem ad fabrilem, que multarum artium operariis famulatur. veruntamen, mi Iohannes, divina tractantium nec prosa nec carmen instrumentum est, sed corpus tam novi quam
 5 veteris Testamenti, quod etiam a peritissimis novum et vetus dicitur instrumentum, quo probant et confirmant idonee quicquid professio illa requirit. prosa quidem et versus, quos nostra meditantibus facimus opera, non instrumenta nostra sunt, non velut alterius artis que corporalia recipimus instrumenta, sed que per
 10 nos alio quam profitemur artificio faciamus. non enim theologus, ut theologus, versus facit, sed ut poeta. quod quidem optime fatetur sentitque Hieronymus. cum enim epistola, quam supra commemini, ad Magnum oratorem urbis Rome multos enumeraret qui rerum divinarum tractatibus poetica vel gentilia miscuissent,
 15 tandem subintulit: Iuvenus presbiter sub Constantino hystoriam domini Salvatoris versibus explicavit: nec pertimuit Evangelii maiestatem sub metri lege mittere ⁽¹⁾. videtur tibi Hieronymum sentire tecum, metrum scilicet instrumentum esse commune et non potius precipuum poetarum? quid enim erat in evangelica
 20 Iuveni hystoria quod Hieronymum ab allegatione poetarum defenderet, nisi quod rem sanctissimam versibus, quod poetarum est, alligasset? ⁽²⁾ verum te oro quis vult aliquam divine Scripture portionem, licet versibus sit composita, licet poetica ratione, qua falso sub cortice verborum vera claudantur, relata sint, esse poetica
 25 mata? aliud enim esse poema, aliud relatum esse ad stili poeticam rationem. poema quidem inventio est hominis fictum aliquid vel ut fictum referens; divina vero Scriptura nec hominis inventum est nec fictum nec ut fictum aliquid, sed ut verissimum, distorta licet et impropria dicendi ratione relatum; ut imperti-

Quest' opinione è falsa.

Il teologo non scrive versi come teologo, bensì come poeta: e ciò conferma san Gerolamo,

Iaddove scusa Giovenco d'aver data veste metrica agli Evangelii.

Ad ogni modo non si vuol dire che una parte della Scrittura, perchè stesa in versi, divenga un poema.

Questo non può essere che opera umana, quella invece è divina; questo racchiude il falso, quella il vero, adombrato sotto finte parvenze.

1. *P¹* colit 5. *P¹* omette etiam 7-8. *P²* medicantes 11. *P¹* dopo ut theol. dà est e *P²* erit 22. *P¹* allegasset *P¹* *P²* oro te 23. *P¹* *P²* comp. sit *P¹* omette ratione a cui substituisce ipse 25. *P¹* aiud (sic) enim] *P¹* *P²* est 25-26. *P¹* poetici 29. *P¹* distortum

(1) S. EUS. HIER. Ep. LXX ad Magn. § 5 in Opera, I, 668.

(2) Il Castellani qui nulla ha capito: « Che averai a fare nello Evangelio la storia di Giovenco, la quale

« difendessi Girolamo della allegazione de' poeti, se non perchè egli « aveva allegate cose santissime co- « gli versi de' poeti? »; STOLFI, op. cit. p. 257.

nenter nimis inferas divinam Scripturam esse poema, quod nobis velut inconueniens obiecisti.

Combattere poscia alcune obiezioni alla sua sentenza che ogni verità viene da Dio.

Que vero multa de veritate et oratione subnectis, non intelligo quorsum eant ⁽¹⁾. nonne verum est quod a Deo sit omnis veritas? si michi non credis, credas, precor, Aurelio. in fronte 5 quidem opusculi sui, quod De octoginta tribus questionibus edidit, hoc probat, dicit et tenet ⁽²⁾. oportet enim omne verum, ne processus infinitus sit, de veritatibus in verum unum reducere, quod omnium veritatum verus sit terminus et origo. hic solus Deus est, non simpliciter solum veritas, sed, ut tunc tibi 10 scripsi, omnis veritas vera et infinita ac germana veritas, fons scilicet, germen et origo omnium veritatum ⁽³⁾, non solum precedens omnem veritatem, que est quod est, sed omnem manifestans et declarans veritatem, que rectitudo mentis est, rerum scilicet adequatio cum intellectu, qui quidem quodam modo res omnis est. 15 nam mentis conceptus qui docet et ostendit id quod est, non Deus est, sed de Deo rectius dici potest. hanc forte vis Deum non esse; sed cum reducatur in Deum sine dubio realiter Deus est, modo significandi differens et non re. quare si reperiatur veritas in prophetis et aliis litteris sacris, sive Gentilium, sive fidelium 20 dictis sive, quod abhorres, in carminibus poetarum, nichil refert. veritas quidem est et Deus vel de Deo, sicut vides, est, ut cum eam inveneris ubi minime cogitabas, letius ipsam deceat amplexari. nec eam velis spernere, sicut gallus iaspidem turpi sibi fimo sepultam, quam alii verius iudicant speciosissime collocatam. 25

E quindi tocca di certe osservazioni mossegli da Giovanni a propo-

Quod autem de oratore dixisti ⁽⁴⁾, tractatum meum, quem ad optimum tunc confratrem postea vero presulem vestrum Hiero-

5. *P¹ P² si non cred. michi crede* 15-16. *P¹ P² omnes - conc. ment.* 16. *P¹ omette est* 19. *si] P¹ sive* 20. *P¹ P² sacr. litt.* 22. *Per ut P¹ dà et; ma ut è scritto in margine d'altra mano.* 23. *deceat] P¹ debeas* 26. *P¹ P² oratione* *L² dà tractatum omissio nel testo e aggiunto in margine.* *meum] P² nostrum*

(1) Tutto questo manca adesso nell'epistola del frate.

(2) S. AUR. AUG. *De diversis quaestionibus*. LXXXIII lib. unus, quaestio I, Utrum anima a se ipsa sit, in *Opera*, VI, 11.

(3) Ved. lib. XII, ep. xx; III, 541.

(4) Anche questa parte della sua epistola, dov'ei toccava, come rileviamo da coteste parole, del libro di Coluccio *De saeculo et religione* (per cui v. lib. V, ep. v; lib. XIV, ep. x; II, 10 sg., IV, 73), è stata soppressa da frà Giovanni.

- nymum scripsi commemorans, fateor non intelligere ⁽¹⁾. scio et intelligo me pro orationis maiestate vel sanctorum patrum, qui de ea locuti sunt, profunditate et copia penitus nil dixisse; scio maiori ex parte, Deum testor, id me scripsisse, quod ipse bonorum omnium
- 5 auctor infudit. in quibus novit ipse qui me docuit nichil me nisi quod iuxta Ciceronis sententiam venit in buccam ⁽²⁾, non quesitum, non mendicatum ab aliis tractatoribus retulisse; sed quod vel auditum meminerim vel sors et mens obtulit, imo Deus infudit, scribere curavisse. tu tamen, si qua bene tunc dixi, Deo sanctisque pa-
- 10 tribus, in quorum sententias inciderim, imputato. et licet nil credam quod pie substineri non valeat universa illius opusculi serie contineri, te tamen et omnes qui illa vel alia mea legerint obsecro male dicta michi debeas et debeant imputare benigneque corrigere quicquid erratum est.
- 15 Multa restant; multa quidem scripsisti; quibus possem facile respondere, sed ea duxi, ne bellum indixisse tibi videar, dimittenda. unum tamen nolo nec omittere possum. dicis enim, ut verba tua referam: in quibus, si philosophis, quorum dignior status est, prudentia refellitur, quid de poetis disseras, ipse iudica ⁽³⁾.
- 20 quibus verbis sentire videris philosophos digniores esse poetis, quod quidem unde tu tibi persuadeas, ego non video, cum ad poete perfectionem philosophie scientia requiratur. non autem philosophum perficit poetria; qua ratione conficitur maiorem poetam esse philosopho ⁽⁴⁾. quod si nulla doceat ratio, potest tamen

sito del suo libro *De seculo et religione*, riuscitegli inintelligibili,

protestando d'averlo messo insieme con quanto sapeva e ricordava, senza ricorrere ad altri mai;

sicchè se qualcosa v'ha in esso di buono, il merito deve darsene a Dio,

se del cattivo alla debolezza sua,

Refuta per ultimo l'asserto di frà Giovanni che i filosofi siano superiori in dignità ai poeti,

e sostiene che questi all'opposto son maggiori di quelli,

1. *L¹ P¹ P² omettono commemorans da me introdotto per ricondurre il senso.* 7. *P¹ meditatum* 8. *P¹ P² fors* 16. *L² indixit* 17. *P¹ P² poss. omitt.* 19. *P¹ diiudica* 21. *L² omette tibi*

(1) Questo passo rimase incomprendibile al Castellani: « Quello che tuu « dicesti dell'Oratione, il mio trattato « il quale io scrissi a l ottimo allora « tuo simile fratello, e di poi vero « nostro pastore Geronimo, io con- « fesso nollo intendere »; cod. Ricc. c. 57 A. Ma lo Stolfi, per oscurar meglio il tutto, mutò « ottimo » in « ultimo »; e quindi pose in nota: « Niuno « fa menzione di questo trattato, ma « in questa epistola se ne dà tutta la

« certezza che ne sia »; op. cit. p. 261.

(2) Cf. M. T. Cic. *Ep. ad Attic.* lib. I, XII; e cf. altresì ib. XII, 1.

(3) Neppure codesta argomentazione è stata mantenuta da frà Giovanni nell'epistola rimaneggiata.

(4) L'opinione tenuta dal monaco era condivisa da altri, ed il Boccaccio stesso ha dedicato alcune pagine (*De gen. deor.* XIV, XVII, ed. Hecker, p. 241 sgg.) a dimostrare « Philosopherum symias minime poetas esse ».

allegando la somma difficoltà che incontra chi aspira a voler esser vero poeta,

quale egli si piace definirlo con parole tolte a prestito da Cicerone.

et debet et tibi et aliis abunde sufficere, cum infinitos videatis esse philosophos, miram autem caritatem et penuriam poetarum. et quid cogitas esse quod vix unum videris tempore tuo poetam, multos autem possis philosophos numerare? crede michi, maius est quam ut facile dici possit: hic est poeta, quam quod quisquam dignus sit hoc nomine rationabiliter appellari. putasne quinquam hoc mereri nomen sive vocabulum, nisi sit tam philosophie quam omnium rerum divinarum et humanarum scientiarumque et liberalium artium eruditus? in qua quidem re possum verba Ciceronis ad poetam de oratore transferre et cum illo dicere: mea quidem sententia nemo potest esse omni laude cummulatus poeta, nisi erit omnium magnarum rerum atque artium scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione florescat et redundet oportet oratio, que nisi sit a poeta percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et pene puerilem⁽¹⁾, et eo quidem confidentius facio, quia, eodem Cicerone teste, finitimus est oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior; multis vero ornandi generibus socius ac pene par in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari qua velit⁽²⁾. et hec satis.

Lo ringrazia infine de' suoi consigli e lo esorta a pregare Dio per lui.

Multa restant, quibus tuam epistolam refersisti, ad que respondere tedium et labor esset; nulla tamen difficultas; que decrevi, si pergas, in tempus aliud reservare. quod autem me finaliter admones, in bonam accepi partem et eorum gratia dignas respondendo grates, obsecrans ut pro me ores quo Dei manu; ille quidem solus potest; liberer et me ad se dignetur misericorditer evocare.

Riassume tutta la dimostrazione fatta in forma succinta;

Nunc autem, ut totum, non omnia, repetam, videre potuisti quid poetica; cognovisti taliter quod divinam Scripturam inficiari non possis, si formam dicendi consideres, summum habere cum poetice dictionis forma commertium sibi que dicendi ratione

1. P² omette et innanzi a tibi 2. P¹ P² raritatem 3. P¹ aggiunge cause dopo esse
L² omette videris 5. quam] P¹ P² vel quod 18. P¹ ordinandi 22. P¹ referisti
26. P¹ P² ores pro me 30-31. P¹ P² quod inf. non poss. div. Script.

(1) M. T. Cic. *De orat.* I, IV, 20.

(2) M. T. Cic. *De orat.* I, XVI, 70.



plurimum adequari. non persuasi, non probationibus docui, sed clarissime demonstravi studendum esse poeticis, oratoribus atque philosophis, pro noticia sanctissimorum doctorum, qui creberrime talibus usi sunt, ne, velut attoniti, cum pennis illorum et coloribus se exornent vel aliquid forte probent ⁽¹⁾, circa brevem allegati poete versiculum aut philosophi vel oratoris sententiam hereamus, utque resistere possimus et sciamus Ethnicis, si cum eis vel aliquo, qui forsitan illorum auctoritate nitatur, nos disputare contingat, ipsorum propriis rationibus respondere, quoque possimus dictionis ornare veritatem. vidisti stupra sceleraque poetarum carminibus inserta, cum ficta sint et in fictorum deorum contumeliam ordinata, non esse detestabilia, sicut putas. vidisti Hieronymum, Augustinum atque Boetium, qui nunquam allegare poetica destiterunt, vatum carmina non prohibere Gentiliumque doctrinas, sed eas permittere, dummodo velut in fine terminum in talibus non figamus. vides alia multa, quibus mutare sententiam compellaris. noli posthac igitur studiosis talium adversari. doce cunctos quod ad alia properent et in poetis vel aliis secularibus non persistent. non enim malum est malum scire, sed malum mala ad exitum operari. putasne reprehensibile fore si legem saracenica addiscamus, quo possimus falsitatem legis ostendere vel cum contraria sentientibus disputare? et quis adeo delirus et stultus est qui vera credit aut imitanda putet scelera que leguntur in carminibus poetarum; quis discere prohibeat que

e consigliando l'amico a darsi vinto, a non osteggiar più oltre gli studi poetici,

3. *P¹* celeberrime 5. *P¹* exornant *P¹* *P²* probant 10. *P¹* *P²* veritatis orn. dictionem
11. *P¹* *P²* ins. carm. 14. *P¹* *P²* non proh. vat. carm. 18. *P¹* omette ad 19. *P¹* persistunt
20. *P¹* *P²* mala malum 21. *L²* quō (*sic*)

(1) Non avendo saputo afferrare il bandolo di questa proposizione, il Castellani ha messo insieme uno strano accozzo di parole: « E quali [dottori] « spesse volte usano ne loro parllari « quando poeticho modo e quando « l'oratorio e quando il filosoficho discorso, acciò che tagli huomini, i « quali fussino ingnioranti pelle (*sic*) « prefate scienze come sinceriti (*sic*) et « intronati non si adornino colle penne « et colore di loro »; cod. Ricc. c. 57 B.

Lo STOLFI, op. cit. p. 267, introduce nel passo inconcepibili mutazioni (« senzienti e introvati », « colle penne « e coll'alie di loro »), annota: « Intendi come e' sono i senzienti (che « si trovano anche più giù) eglino intronati non s'arrestino, quando &c. « I senzienti sono quegli che sentono « ed opinano come D. Giovanni; oggi « preopinanti direbbesi (!). Ma il co- « dice non è troppo chiaro... ». I commenti guasterebbero.

chiude citando per ultimo un passo di sant'Agostino sull'utilità che proviene ai Cristiani dal conoscere l'arte oratoria.

nos exornent ad reprobandum que falsa nobis opitulentur et ad asserendam nos adiuvent veritatem? cumque poetarum lectio rethorice studiosis, auctore Quintiliano, iubeatur⁽¹⁾, prohibebisne nobis etiam oratoriam facultatem? audi, precor, in hoc patrem optimum Augustinum, verbisque suis mecum in hac parte conclude. 5
nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prooemio facere: isti autem non noverint? illi 10
falsa breviter, aperte et verisimiliter, et isti vera sic narrent ut audire tedeat, intelligere non pateat, postremo credere non libeat? illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem; isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare? illi animos auditorum in errorem moventes impellentesque, dicendo terreant, 15
contristent, exhilarant, exhortentur ardenter; isti pro veritate lenti frigidique dormitent? quis ita desipiat ut hoc sapiat? cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, que ad persuadendum seu prava seu recta plurimum valet, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas per- 20
versas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? ⁽²⁾ que quidem Augustini verba non in rethorica solum vera sunt, sed in omnibus que faciunt ad probationis vim, ornatum et dulcedinem orationis; qualia sunt carmina poetarum, quibus et ornari quod dicimus et probari quod volumus consuevit. ut cum 25
omnibus hec prodesse possint nec sic credantur et a discipulis quod nocere possint, contra rationem est et stultissimum prohibere. melius ergo consule ne vel erres vel errare facias, et iniuste poetas, quibus multa debes, ingratus offendas, memor quod ratio sanctitatis non est aliis que tibi quotidie prodesse et opitulari 30

1. *P¹* que aggiunto in interlinea. 2. *L²* assorenda 2-3. *P¹* *P²* stud. reth. 11. *P¹* *P²* omettono et dinanzi a verisim. 12. *P²* omette non innanzi a pateat; ma fu aggiunto in interlinea. *P¹* *P²* cred. postr. 14. *L²* reservare 17. *L²* decipiat 19. *P¹* *P²* val. plur. 26. et] *P¹* etiam 27. *L²* omette et dopo est

(1) M. F. QUINT. *Inst. orat.* X, 1, 27-30.

(2) S. AUR. AUG. *De doctr. christ.* IV, II, § 2 in *Opera*, III, 1, col. 89.

sentias prohibere. vale et pro me ora. Florentie, octavo kalendas februarii, anno gratie .MCCCCVI.

XXIII.

A FRÀ GIOVANNI DOMINICI ⁽¹⁾.

5

[P¹, c. 85 B.]

Linus Colucius Salutatus multe venerationis in Christo patri fratri
Iohanni Dominici ordinis predicatorum in domino nostro Ihesu

1. P¹ P² ora pro me 2. In P¹ le parole anno gratie .MCCCCVI. sono d'altra mano.
Al di sotto poi, di scrittura più recente assai, si legge: Extat epistola predicta in alio libro
mss. in 4°. P² Explicit.

(1) Di fronte al nuovo e gagliardo assalto del S., ch'egli aveva del resto, come vedemmo testè, con molt'impudenza provocato, frà Giovanni da Samminiato ebbe certo a sentirsi perduto. Le viete armi, di cui s'era munito per l'ineguale battaglia, giacevano spezzate ai suoi piedi; ma neppur dinanzi alle luminose confutazioni di Coluccio ei poteva deporre l'avversione per gli scrittori pagani, nè la diffidenza verso que' nuovi metodi d'educazione, sempre più ispirata alla classica cultura, de' quali un istinto oscuro ma infallibile gli faceva prevedere i pericoli per tutto quel complesso di credenze e d'idee, ond'era fervente propugnatore. Che fare in simile frangente? Ei si guardò ansioso dintorno, cercando qualcuno che, più dotto e più agguerrito di lui nelle letterarie contese, potesse riprendere la difesa della causa che nelle proprie mani scorgeva ormai disperata. Nè la ricerca gli ebbe a costar gran fatica. Viveva allora appunto in Firenze un altro monaco, avverso quanto lui alle lettere profane, sostenitore caldissimo delle antiche usanze in fatto di scuola e di educazione, che preferiva le cento volte; e non aveva cura di nascondarlo; il *Tres leo naturas* a tutti i carmi

vergiliani; uomo d'altra dottrina, d'altro ingegno, d'altra tempra però che il Camaldolese non fosse; solito a vivere non già rinserrato dentro le quattro pareti d'una cella, da cui la regola gli proibisse d'uscire, bensì a gettarsi impavido tra i tumulti mondani, a varcare mari e monti in pie-tosi pellegrinaggi; professore acuto in cattedra, oratore irresistibile sul pergamo; natura complessa di dotto e di mistico, di riformatore e di retro; fatto apposta per suscitare intorno al suo nome odi implacabili e devozioni illimitate: in una parola, frate Giovanni Dominici.

A lui dunque che, bandito da Venezia per decreto di quella Signoria, aveva cercato quattr'anni innanzi rifugio nella città nativa, e da precursor vero del Savonarola s'affaticava a ravvivarvi la fede, a purificarvi i costumi; io penso si rivolgesse il monaco degli Angeli come all'unico uomo che con speranza di vittoria potesse riattaccare il Salutati. Ben sarebbe possibile che a ciò il Dominici stesso spontaneamente si fosse indotto; ma credo la cosa meno probabile. Comunque sia di ciò, in quella ristretta società fiorentina che seguiva con interesse le fasi della polemica intorno alla poesia, si sparse

Christo, in quo cuncti fideles ad unam gloriam vocati sumus, ea tamen participatione, quam iustis operibus Dei gracia merebimur obtinere, salutem dicit.

Firenze,
inverno del 1406.

Vide il suo libro,
pieno e palese me-
riggio,

VIDI, venerabilis in Christo pater, librum tuum verum liqui-
dumque meridiem, qui tenebras non admittit, non, ut ex 5

sul cadere del 1405 la novella che frà Giovanni in persona, il teologo, il polemista, l'oratore popolare, stava per scendere in campo contro il Salutati.

Ammaestrato dalla triste sorte toccata al suo predecessore, ben sapendo con quale avversario egli dovesse misurarsi, il Dominici da loico consumato, che teneva a propria disposizione tutti i ferri della dialettica fiorentine nelle scuole domenicane, non credette opportuno bandire apertamente la crociata contro gli studi liberali, esprimendo senz'ambagi i suoi pensieri, come aveva fatto nel trattatello pur allora composto in servizio della sventurata Bartolomea degli Alberti, dove fermava, tra altro, che gli « antichi viddono lume dot-
« trinando la puerizia, e i moderni
« fatti son ciechi, fuor della fede cre-
« scendo lor figliuoli », i quali prima diventano « pagani che cristiani ». Ved. G. DOMINICI, *Regola del governo di cura familiare*, ed. D. Salvi, Firenze, 1860, p. 134: e cf. RÖSLER, op. cit. p. 187 sgg. Egli si prefisse di giungere alla meta per vie più coperte; onde il libro suo divise in due parti, di cui la prima, destinata ad accogliere tutti gli argomenti ed i riflessi che confortavano anzi stringevano i fedeli di Cristo a studiare le lettere pagane; la seconda a dimostrare il contrario. Così dibattuta con apparenza d'imparzialità la questione, ei veniva a concludere: potersi concedere la lettura de' classici ad uomini già fatti e ben saldi ne' principi della

fede e della morale cristiana; ma doversene tenere rigorosamente lontani i fanciulli, chi volesse crescerli onesti, timorati, credenti.

Com'ognuno intende, il Dominici mirava per questa guisa a colpire in pieno petto l'istruzione classica. Impedire ch'essa s'impartisce ai fanciulli coi primi elementi dello scibile, era come condannarla a morte; distruggere tutto quanto s'era venuto facendo fin allora, anche nelle scuole ecclesiastiche, dove dall'alto medio evo in poi la prima istruzione erasi fondata costantemente sopra gli scrittori gentili.

Il S. stava, naturalmente, troppo sulle guardie, perchè l'astuzia, non sopraffina per fermo, del suo avversario giungesse a trarlo in inganno. Ma siccome l'accorto frate, oltre a dedicargli il proprio libro, non aveva mancato di profondersi in proteste di ammirazione, d'ossequio, di illimitata deferenza ai suoi voleri, così ei non poté a meno di rendergli il contraccambio. E noi lo vediamo dunque in questo scritto esaltare ampollosamente la dottrina del Dominici, giudicarne insuperabile l'efficacia dialettica, e, quel che è più, affermarsi dal proprio canto prontissimo a rigettare o in tutto o in parte le opinioni fin allora tenute, quand'esse avessero la sfortuna di spiace al giudice inappellabile, al venerato censore. Tutte queste, però, sono, chi ben guardi, semplici parole, frasi cerimoniose e nulla più. Il Rösler, a cui noi dobbiamo l'esposizione più ampia (non

humilitate nuncupas, Luculam noctis⁽¹⁾; quem, post prolo-

non già notturna
facella, come lo
chiama, per umiltà,
il Dominici:

dirò più accurata) che siasi fatta finora della polemica agitata tra Coluccio e frà Giovanni (op. cit. cap. III, § 3, *Dominici Stellung zur Wiederbelebung des klassischen Alterthums*, pp. 63-120); parmi, ad essere schietto, che voglia illudere sè stesso ed i propri lettori, allorchè assevera che la scrittura del frate ebbe virtù di persuadere il S.; quando afferma, tra altro, che la dichiarazione fatta dal Nostro sul principio dell'epistola presente: non essere gli studi classici fine a loro stessi, ma via e passaggio ad altri acquisti, «è già una concessione fatta al Dominici ed un effetto (eine Wirkung) dell'opera sua»; op. cit. p. 117, nota 3. Se egli si fosse dato la pena di leggere attentamente l'epistola a frà Giovanni degli Angeli, che è la xxiii di questo libro, v' avrebbe imparato che il S. per esprimere siffatti concetti, non aveva attesa l'apparizione della *Lucula noctis* (cf. p. 186 di questo volume). In realtà Coluccio nulla ritratta di quant'aveva scritto; non fa veruna concessione all'avversario. Nè per costui sente davvero quella deferenza di cui fa mostra a parole. Prima ancora che il Dominici desse in luce il suo trattato, egli non aveva fatto mistero della sfiducia ispiratagli dall'autore e dal libro; era giunto anzi a dire che siffatte imprese non erano per i frati moderni; come ce ne reca testimonianza il Dominici stesso in un passo del suo libro, sfuggito, com'altri non pochi, sebbene singolarmente importanti, al suo biografo: «Scio quendam magnum virum michi venerandum et carum, ubi primo audivit me hoc opus aggressum, extimpo in hec verba prolapsus: "non sunt religiosi moderni rethores; nescitur si iste exorbitabit ab illis"; quasi nil valeat sine lepore veritas»; *Luc. noct.*

cap. XLII, cod. Berlin. c. 91 B. E dopochè il libro gli pervenne alle mani, egli non si rifiutò davvero la soddisfazione, un cotal poco maligna, di riverdergli le bucce e d'inscrivere, che è peggio, con implacabile sincerità nella propria replica (ma il Rösler non s'è avveduto di nulla!) l'elenco di tutti gli svarioni grammaticali commessi dall'autore. Il colpo sarebbe stato assai fiero per il Domenicano, sebbene questi avesse già anticipatamente cercato di stornarlo, con quell'altezzosa dichiarazione di non aver mai dato opera ad imparare la grammatica (la riferiamo più sotto, nota 1 a p. 221), che se può sembrare a fatica tollerabile nella bocca di san Gregorio Magno, riesce addirittura grottesca sulle labbra d'un monaco dell'ultimo Trecento, il quale attendeva alla lettura della Bibbia in quello stesso Studio dove poc' anzi aveva risonato la voce di Manuel Crisolora, che commentava Omero, e s'alzava pur sempre quella di Giovanni Malpaghini intento a dichiarare Cicerone e Vergilio.

L'epistola del S., rimasta interrotta proprio al punto dove terminava la parte destinata a difendere l'utilità dell'istruzione classica, non uscì mai alla luce; e più che probabilmente, neppur il Dominici n'ebbe contezza, giacchè in caso diverso egli avrebbe tratto senza dubbio partito dalle osservazioni mosseglì non troppo velatamente dal Nostro per far sparire dal suo volume quegli svarioni che lo deturpavano e lo deturpano tuttavia. Evidentemente il solo copista di Pr, avendo tenuto a propria disposizione il copialettere originale di Coluccio, ebbe la felice ispirazione di trascrivere insieme a tutte le rimanenti epistole anche questa che ne occupava gli ul-

(1) V. nota 1 a p. 208.

costante, oltre il prologo, di ben quarantasette capitoli,

gum, quo michi nimis tribuis, quadraginta septem capitulis iuxta

timi fogli. In cotal guisa ci è stato per buona ventura degli studi conservato un documento di singolare rilievo nella storia di quella controversia che, dopo aver dato origine a sì fiere contese nell'età del Rinascimento, ha continuato e continua a preoccupare i pedagogisti moderni, soprattutto cattolici, come, a tacer d'altri, provano gli scritti di mons. Gaume, del Bonetty, di mons. D'Avanzo e di parecchi ancora. Della lettera presente del resto niuno sospettò nemmeno l'esistenza prima che noi l'additassimo agli studiosi in quella Tavola delle Epistole del S. che vide la luce nel *Bullett. dell' Ist. Stor. Ital.* n. 4, 1888, p. 104, n. 321. Grazie alle nostre indicazioni dunque ne conseguì notizia, sebbene non siasi curato di accennarlo, il p. Rösler, il quale per soprappiù non avrebbe neppure potuto darne il sommario riassunto ed i pochi estratti che ne inserì nella sua opera già citata, se con correttezza assai problematica non si fosse servito del cod. Parigino, mentr' esso trovavasi depositato presso la Laurenziana di Firenze dietro nostra richiesta ed in nostro servizio. Non avremmo dato luogo a questo rilievo se decisamente il p. Rösler non mostrasse d'esser dotato di memoria troppo labile quando si tratta di ricordare i lavori altrui de' quali suole tuttavia ben largamente giovare.

(1) L'opera del Dominici ebbe sorte singolare. Accolta con molto interesse ne' giorni in cui uscì in pubblico, specialmente, come s'intende, dai confratelli dell'autore (sant'Antonino, difatti, che del Dominici fu anche discepolo, ne tesse le lodi nella *Summa hist. par.* III, tit. XXIII; c. 11, §3), ricopiata più volte, cadde ben tosto in un oblio tanto profondo, che gli eruditi toscani e non toscani dei se-

coli XVI, XVII, XVIII accettarono tutti quanti come moneta sonante l'asserto spropositato del biografo di Giovanni Dominici, frate Giovanni di Carlo (ved. *Acta SS.*, x Iunii, p. 406, § 33), che la *Lucula noctis* fosse un trattato diretto a combattere certe opinioni un poco eterodosse esposte da Coluccio nel suo libro *De Fato et Fortuna* (cf. lib. IX, ep. xx; III, 145). Questa falsa opinione, che fa meraviglia veder condivisa anche dal MEHUS, *L. C. S. Ep.* I, Scripta, p. LXXIX sgg., trovò de' fautori anche in tempi recenti, quali il SALVI, op. cit. p. LIX; che pur fece vane ricerche per rinvenir un esemplare della *Lucula noctis* nelle librerie fiorentine; ed il VOIGT, op. cit. I, 207, che d'indagini non ne intraprese certo veruna; e non è stata definitivamente distrutta se non dal RÖSLER, op. cit. p. 88 sgg., dopochè questi poté metter le mani sulla copia del libro posseduta un tempo dal convento di S. Maria Novella e divenuta oggi il n. 540 de' *Conv. soppressi* in Laurenziana. Il cod. Laurenziano però, membran.-cartaceo di carte cenventotto, che mis. mm. 116 X 220, scritto pessimamente, di lettura oltremodo faticosa, non è il solo che a noi sia giunto della *Lucula noctis*, come il RÖSLER par credere (op. cit. p. 88; cf. però p. 190). Un secondo esemplare, esso pure membran.-cartaceo, di carte cendodici, che mis. mm. 145 X 218, privo di rubriche e d'iniziali, copiato da varie mani nella seconda metà del sec. XV, è stato recentemente acquistato dalla biblioteca Reale di Berlino, ove è registrato come Lat. Quart. 399; ed io ho potuto studiarlo a mio agio, grazie alla bontà dell'insigne erudito che governa quell'istituto, il mio venerato amico prof. A. Wilmanns. Un terzo esemplare della *Lucula*, assai più elegante ed accurato dei prece-

numerus litterarum auctoritatis quam proposueras compilasti⁽¹⁾:

denti, in pergamena finissima, di bel carattere, con iniziali a colori, di carte cenquarantuna, fu posto in vendita dalla libreria Franchi e C. di Firenze l'anno 1885 (cf. *Catal. a. VII*, n. 47, p. 57); ma non sappiamo dove sia andato a finire. Ove con nessuno di codesti mss. debbasi identificar quello che nel sec. XVIII esisteva in Venezia presso i Padri de' Ss. Giovanni e Paolo (cf. SALVI, op. cit. p. LIX), noi possiamo concludere che si ha certa contezza di quattro copie della *Lucula*. Ma un tempo ne dovettero correre probabilmente molte più.

La spiegazione di questo titolo *Lucula noctis*, bizzarro per noi ma conforme ai gusti del tempo, è messa innanzi dal Dominici stesso nella parte del Prologo all'opera sua che riferiamo più sotto.

La forma latina, onde provenne la voce letteraria « lucciola », che oggi è di tutta Toscana, di Roma, dell' Umbria, delle Marche e dell' Emilia; cf. C. SALVIONI, *Lampyrus Italica*, saggio int. ai nomi della lucciola in Italia (Nozze Salvioni-Rossi, Bellinzona, 1892, p. 9), è *lucia (cf. parm. *lùzza*), onde poi il diminut. *luciula. *Lucula* invece, come osservò già A. ZENO (*Bibl. dell'eloq. ital. di mons. G. Fontanini*, Parma, MDCCCIV, II, 481, nota d*), è « vocabolo, che nemmeno si trova nei « lessici latino-barbari »; ma che tuttavia, regolarmente dedotto qual è da « lux » (cf. SALVI, op. cit. p. CXLVII), può avere preso posto nel latino medievale molto prima del sec. XIV, sebbene non se ne sian fin qui additati esempi ne' testi medievali. Anche la voce « noctiluca » adoperata dal Dominici per designar la lampiride, non è attribuita nel latino classico se non alla « luna » ed alla « lanterna »; ma è ben ovvio comprendere come sia venuta a designare poscia anche l'anima-

letto, che popolarmente è stato ed è in taluni dialetti chiamato appunto e « luna » e « lucerna ». Ved. SALVIONI, op. cit. p. 12.

(1) Trattandosi di scrittura sempre inedita non riuscirà superfluo riferire qui un brano di questo Prologo nel quale con arguzie etimologiche di dubbio pregio il Dominici ha voluto esaltare Coluccio e dar poscia ragione del titolo apposto al proprio trattato. Dopo avere dissertato assai a lungo intorno al testo scritturale da lui assunto come « autorità »: « Lux in te « nebris lucet et tenebrae eam non « comprehenderunt » (S. IOHANN. I, 5); e asserito che non v'hanno tenebre più orrende di quelle addensate intorno a coloro i quali volontariamente vi permangono chiudendo gli occhi alla luce della verità, il Domenicano continua (cod. Laur. *Conv. soppr.* 540, c. 17 A; cod. Berlin. Lat. Quart. 399, c. 1 A):

Ista inepte dixerim, virorum optime, michi semper ut pater quamplurimum (a) venerande, quoniam in penetralibus mentis cuiusdam lucis, ut credo, aculeum sentio vel stimulum, me (b) ad dampnandum secularium litterarum studium, a pluribus non solummodo commendatum sed etiam a vi (c) spiritus obnixae protectum, frequentius impellentem. me denique etiam michi ignorantem esse negare non possum; id ceteris est propatulum satis. hinc timeo in re tali non parum errare. eos vero qui prefatis dictis meis opponunt fama non mediocriter celebrat (d) in utroque: hinc titubo magis (e) nec sic tamen adhuc langor (f) mentis me quiescere pacifice sinit. lustrato igitur cetu virorum illustrium quibus nostra tempora florent, te pre ceteris iudicem dirimentem, duccem conducentem et doctorem prelucentem elegi. te, inquam, iudicem sumo (g) quia et corde et verbis (h) et opere dicis, sicut eufoni-

(a) B onette quam

(b) B me que

(c) etiam a vi d' altra mano nel bianco lasciato dal copista in B

(d) B celebratur

(e) B huic titulo

(f) B languor

(g) B sumo

(h) B qui recto verbo et opere

opera davvero ingente, che racchiude molto di buono, ed appalesa la vastissima scienza di chi l'ha dettata.

Chi non stupirà per fermo, pensando che un uomo occupatissimo e tutto assorto nelle cose divine,

il quale a fatica trova il tempo per

opus quidem ingens, in quo multa bona recolligis, et tuam inenarrabilem scientiam non sine concursu mee admirationis ostendis. quis enim non miretur hominem occupatum semperque sanctissimis intentum rebus; aut enim predicas populis verbum Dei, aut audis et admones intra confessionis penetralia peccatores, aut orans cum Domino fabularis, aut legens audis Dominum quid loquatur, aut in admiratione et quasi supra temet evolans, contemplationis pennulis elevaris; occupatum hominem, inquam, vixque

zatum (*sic*) radix (*a*) tui nominis sonat, Nec ola us; hoc nullus iniustus nisi falso valet fieri, ducem equidem debitum minantem ad finem. testatur istud anthomasticus (*b*) cultus per idem nomen cum auferesi prudentius apocopatam, ceu lucidus doctor huius dubii abigens (*c*) caligines tetras, hoc insinuante diminutivo nominis antedicti tibi humiliter reservato, ubi non sine eufonia testante scientia a Domino tibi data, tam universali quam facunda, clamas ubique: colluceo. multa quidem et in multis multa lucent; et tu vere in omnibus illis. et quoniam dubitare non possum quin apud hanc luculam noctis legentes proverbium antiquum renovabitur illud: «num et Saul inter prophetas» [1 Reg. 10-11], superest mihi tuam seculis venerandam prudentiam humiliter exorare, ut non dedignetur tui intellectus nobilis altitudo parumper ad presentem luculam noctis mitius ac benignius inclinare. qui enim creavit solem fecit et illam; ipse enim hoc insinuat per Ysayam (*d*) dicentem: «Ego dominus et non est alter formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum: ego dominus faciens omnia hec» [Isai. XLV, 6-7] et cum superficiem eius transcurreris (non enim habet profundum), quid sit sentiendum determina; dampna totum vel partem; totumque vel partem confirma; argue, increpa, confuta maledicta; et quicquid senseris tecum sentire conabor et quaecunque apposueris (*e*) vel deleveris, id verminis (*f*) huius parti finali lucem a te qui colluces appositum reputabo, tuncque, in lucem desinens, noctiluca poterit nuncupari, quod, sine te exorsum, a luce lucula noctis supra extitit appellatum. sicque non solum ex parte materie que minima est, aut ex parte petentis atque scri-

bentis, qui verminis (*a*) terminus est, sive respectu luminis almi tui ad quem dirigitur, sed etiam ex parte determinationis tue, prout exequitur, huic tractatui lucula noctis nomen (*b*) imponitur. neque reor convenientius posse res nominari, quia cum cause plenius in ipsis nominibus includantur (*c*); est nempe apud Isidorum nomen dictum quasi mentis notamen [Isid. Orig. I, v, 3]. cogitavi preterea meum non apponere nomen, non solum ignorantiam propriam horrescens, sed ne utcumque (*d*) lucis scintillulam (*e*) velamine mee oppositionis (*f*) occultem. patitur enim maximum corpus solis eclipsim obiectu tette molli minime. igitur sub unius questionis titulo pandam quid sentiat de re pertractanda hebes acies mee invalide mentis; videlicet: An fidelibus christianis licitum sit literis secularibus uti.

La *Lucula noctis* è divisa, secondo che avverte qui il S., in quarantotto capitoli (il prologo compreso), costituenti un enorme acrostico, giacché ognuno d'essi comincia con una parola, la cui iniziale corrisponde progressivamente ad una delle lettere onde risultano i nove vocaboli la riunione de' quali forma il versetto scritturale: «Lux lucet in tenebris &c.», assunto come «tema» dal Dominici. Anche questa puerile predilezione per gli acrostici, i giuochi di parola &c., è carattere peculiare della letteratura fratesca del tempo, irrigidita nell'imitazione di viete formole retoriche.

(a) radix aggiunto in margine d'altra mano in B; invece il primo copista aveva scritto et a die

(b) B anthomasticus

(c) L abiges

(d) B in margine Ysaías

(e) L opposuer.

(f) In luogo di verminis B reca un bianco in cui il correttore scrisse veruis (?)

(a) B vermis

(b) B nomine

(c) B includuntur

(d) B utrumque

(e) B scintillam

(f) B cōpositōnis

quieti et alimonie tempus necessarium quod impendas habentem, pro determinatione unius questiuncule tantum et tale volumen edere potuisset?⁽¹⁾ sed infallibiliter cum Dei benignitas et gratia nos perducit, plus possumus quam credamus: imo plus possumus quam poscimus. ille, ille spiritus, qui supra nos est, ultra nos, hoc est. plus quam instrumenta sua valeant, operatur. summa quidem immensitas mensuram hominum, licet per nos et in nobis operetur, sine dubitatione non servat; ut quociens videmus aliquid ab homine fieri quod excedere communem hominum potentiam videatur, dicere possimus, imo fateri predicareque debeamus: digitus Dei est hic⁽²⁾. sic, cum vitas Augustini, Hieronymi atque Gregorii occupationesque ipsorum et eorum scripta pensamus, miramur atque animo deficiamus, vereque Spiritum Sanctum id fecisse, non eos homines, iudicamus. quo fit, venerabilis mi Iohannes, ut totus contra te dicere contremiscam, nec ausim de his que firmaveris aliquid labefactare, non solum quia a digito Dei sunt, sed etiam quia stultissimum videatur quod sanctitas et eruditio

13. Cod. omette animo

(1) Il S. ha ragione di definire « in-gente » il libro del Domenicano, che occupa ben cento pagine in ottavo di scrittura fittissima ed irta d'abbreviazioni nei due codici che ne abbiamo avuto sott'occhio, il Berlinese ed il Laurenziano. In quanto poi all' « inenarrabile » scienza che, secondo lui, vi rifulgerebbe, fa d'uopo intendersi. Certo niuno vorrà negare che la *Lucula* non riveli nel suo autore un uomo d'immense letture, dotato d'una memoria, che ha del prodigioso (egli allega così a mente de' passi d'autori che dice aver letti più di trent'anni prima; cod. Berl. c. 45 A); un uomo il quale ha studiati quanti son Padri della Chiesa, dottori e teologi medievali ed in pari tempo gli scrittori classici, i filosofi greci con i loro commentatori arabi, i poeti latini &c. Ma tutta quest'immane erudizione non è animata da verun soffio di vita: sicchè la *Lucula* resta uno zibaldone indigesto, di prolissità intollerabile,

dove le citazioni si affollano le une dietro le altre senza tregua, in servizio di pochi concetti, ripetuti fino alla nausea. Il Dominici stesso deve, del resto, essersi avveduto assai prontamente di questo capitale difetto dell'opera propria, e se ne scusa a più riprese, ora affermando che vuol scrivere « propter minus scientes ad quos » fortassis hec notitia existimatur « ventura » (cod. Berl. c. 3 A), ora constatando che la verità non vien mai a noia, ed infine facendo ragionamenti di questa forza: « Quid enim ponam de meo, egenus et inops, qui nescio loqui? cur inveniendis novis orationibus insudabo, cum nil sit novum sub celo? ... quare honorem non reddam patribus venerandis quorum nos laboribus honoramur? anne putabo furandum esse, ut cum dedecore restituere cogar invitus? » (cod. Berl. c. 11 A; e cf. anche c. 30 B).

(2) Cf. *Exod.* VIII, 19.

dormire e prendere un poco di cibo, abbia potuto metter insieme tanto e tale volume per definire una questione così modesta?

Ma in realtà Iddio fa di noi, suoi strumenti, ciò ch'egli vuole;

permette agli eletti propri d'eccedere l'umana misura; sicchè quando leggem le vite di santi, quali Agostino, Girolamo, Gregorio, ci è forza concludere, tutti smarriti, che lo Spirito Santo li ispirò e guidò nell'operare.

Di qui il suo sbiottimento al pensiero di scrivere contro di lui, di oppugnar quanto da lui fu determinato, perchè ed ha Iddio con sé e dubitar di ciò che afferma può sembrare stoltezza.

Tuttavia essendo pervenuto nel leggere il di lui libro a quel punto dove si determina la questione e si propone il dubbio se ai fedeli cristiani sia lecito o no fruir delle lettere pagane; cosa che fra Giovanni negava, ed egli invece stimava necessaria;

s'è avveduto come il Dominici non combattesse la sentenza sua, giacchè, dopo aver dedicato dodici capitoli del suo trattato a raccogliere gli argomenti in favore degli studi scolari; negli altri procede così da mostrar la ferma intenzione di por fine alla controversia e concludere col concedere che gli uomini maturi d'età e ben saldi nella fede s'accostino alle scritture dei pagani.

tua affirmandum duxerit in dubium revocare. verum enimvero cum elegantissima illa tua perlegerem maximo cum affectu, ad eum locum perveni ubi totam determinas controversiam, et cum in dubitationem adducas an fidelibus christianis licitum sit litteris secularibus uti⁽¹⁾, et ego pridem ad fratrem Iohannem 5
neum de Angelis iam scripsissem, quod obnixè et penitus recusabat, catholicis hoc licere, imò necessarium esse pro multorum librorum, quos sanctissimi doctores Augustinus, Hieronymus et alii plures ediderunt, intellectu; et ut, contra nitentes auctoritati Gentilium, sive hystorici sive poete fuerint, aut, quod est pericu- 10
losius atque difficilior, oratores sive philosophi, modis omnibus esse possimus armati, non quod finem nobis in illorum studiis et traditionibus proponamus, sed ad alia transituri⁽²⁾; tu dicebaris contrarium arbitrari⁽³⁾. sed Deo gratias, qui summa et germana 15
veritas est, ut a quo velut a germine quodam omnis prorsus veritas derivetur, primis tue disputationis partibus miris rationibus asseris quod dicebam: quod quidem duodecim capitulis non late solum, sed validissime disputasti; alteris autem sic procedis, quod tandem, velut sententiam ferens, toti questioni finem et silentium imponere videaris. consentis enim quod instructis et firmatis in 20
fide neganda non sit lectio secularium litterarum⁽⁴⁾; nec unquam

15. Cod. omette a dopo ut 18. Cod. procedas

(1) Allude certo al luogo, in cui, avendo terminato di esporre i dodici argomenti, in virtù dei quali si può asserire esser lecito ai Cristiani valersi delle lettere secolari (*Luc. noct. capp. 1-13*, cod. Berl. cc. 1 B-26 B), passa a confutarli, mettendo innanzi una sola ragione, capace secondo lui di sbrigare qualunque avversario: « Lucet ad « oppositam partem unica ratio talis: « Christianus quilibet illis solum debet « intendere quæ ipsum ad veram beatitudinem ducunt aut saltem non impediunt. sed philosophorum studium « ad veram beatitudinem non perducit, « sed plerumque impedit: igitur eorum « dicta studeri non debent ab eis » (*sic*); *Luc. noct. cap. XIV*, cod. Berl. c. 26 B.

(2) Cf. ep. xxiii, p. 186 di questo volume.

(3) Riferendo codesta frase del S., il RÖSLER, op. cit. p. 117, nota 3, annota: « Diese Worte zeigen, wie thatsächlich die obwaltende Frage das Tagesgespräch in Florenz bildete ». La deduzione ci pare esagerata; Coluccio non volendo probabilmente alludere che a discorsi seguiti tra lui e qualche amico del Dominici.

(4) Questa concessione, sebbene a denti stretti, è fatta ripetutamente nella *Lucula*; così, ad esempio, nel cap. xxvii: « Nunc itaque manifestum puto quomodo sit ad perfectionem, de qua in argumento agitur, gradiendum; « nam primo obedire oportet divinis

michi de hoc cum fratre Iohanne de Angelis controversia fuit. ut
 si vellem tibi fateri quod dicis, nichil prorsus quod contra ea que
 tunc disseiui veniat, remaneret. verum opinio multorum est, quod
 omnino volueris interdicere Christianis litteras seculares, quod ego
 5 fieri simpliciter denegabam, et tu ipse, licet ex parte, consentis⁽¹⁾.
 et vere, vir religiosissime, si nobilitatem intellectus tam ardentem
 non antepones voluntati⁽²⁾, cuius oppositum, cum de nobilitate
 legum et medicine disseierem, posui⁽³⁾, forte responsionis
 onus, cedens auctoritati tue et reverentie, dimissem⁽⁴⁾. sed post-
 10 quam iuvat de hoc secundo discutere, dicam pariter de utroque,
 quo videas an recte fecerim cum intellectum nobilitate postposui

7. Cod. voluntate

« preceptis, his imbuendi sunt parvuli;
 « hec sit ianua rudibus primam querentibus
 « tibis artem (*) »; secundo illa doctrina
 « loquatur, quam docuit Deus et divi-
 « nam notitiam tradit: sic obtinetur
 « caritas, que facit virum perfectum.
 « tunc licebit legere philosophos, poet-
 « tas et magos, quando dicere licebit:
 « quis nos separabit a caritate Christi?
 « sti? » [s. PAUL. Rom. VIII, 35] &c.; cod.
 Berl. c. 48 B. E cf. altresì cap. XXXIII,
 cod. cit. c. 61 A; cap. XXXIII, cod. cit.
 c. 66 B &c.

(1) « Licet ex parte », dice Coluccio;
 poichè il Dominici non esita a dichiarar
 più volte ch'ei bramerebbe vietata a
 tutti la lettura degli scrittori pagani;
 e come dà lode a san Gregorio per
 la pretesa distruzione da lui perpetrata
 delle *Deche* di Tito Livio (*Luc. noct.*
 cap. XVIII, cod. Berl. c. 33 A), così man-
 nifesta la speranza che sorga una buona
 volta un pontefice il quale condanni a
 finire sul rogo tutte le opere de' poeti
 e de' filosofi antichi: « Et ideo non so-
 « lum legendi non sunt, sed edicto pu-
 « blico comburendi; et hoc utinam fiat
 « aliquo pro (sic, l. pio) viro in Ecclesia
 « presidente! »; *Luc. noct.* cap. XXVII,
 cod. Berl. c. 50 B.

(*) Cf. THUROT, *Not. et extr. de mss. lat. pour
 servir à l'hist. des doct. gramm. du m. a.* p. 47.

(2) Veramente codesta questione è
 trattata solo per incidenza dal Dominici
 nel cap. XXXVIII della *Luc.*; cod. Berl.
 c. 79 B sgg.; il quale conclude però il suo
 breve ragionamento con parole aspre
 e mordaci per gli avversari: « Nescio
 « igitur quomodo vel unde quidam sunt
 « ausi rationi et sanctorum auctori-
 « tibus obsistentes, voluntatem et actus
 « ipsius intellective potentie et opera-
 « tionibus suis preferre, nisi forsitan
 « gracia disputationis procedant aut
 « loquantur de facto, quemadmodum
 « in non paucis domibus imperat uxor
 « obsequenti marito et gallina voci-
 « ferat ubi gallus obmutescit. hanc
 « tamen particulam cavillosis relinquo »;
 cod. Berl. c. 80 B. Sul soggetto
 si ritorna anche fuggevolmente nel
 cap. XLV, cod. Berl. c. 98 A.

(3) C. P. SALUTATI *Tractat. insignis
 et eleg. de nobilitate legum et medicinae,
 Venetiis, MDXXXII*, cap. XXII, Quod
 voluntas est nobilior intellectu
 et activa vita sit speculativae
 praeferenda, c. 72 A sgg.

(4) Ad essere sinceri, ci par questo
 un ingegnoso pretesto escogitato dal
 Nostro per non mostrare di voler pren-
 dere risolutamente di fronte il Domi-
 nici nella questione più grave che li
 divideva.

Ma di ciò ci non
 discusse mai con
 frà Giovanni, tal-
 ché se accordasse
 al Dominici quanto
 ci vuole, sarebbe fi-
 nita ogni disputa.

E però avviso di
 molti che egli in-
 tenda interdìr del
 tutto ai Cristiani le
 lettere secolari; or
 se a questo s'ag-
 giunga che ante-
 pone con tant'ar-
 dore la nobiltà del-
 l'intelletto a quella
 della volontà, com-
 battendo così la
 sentenza da Coluc-
 cio altrove difesa,
 questi si vede nella
 necessità di rispon-
 dergli su entrambi
 i punti.

Il Dominici potrà poi, uditi i suoi argomenti, recarre giudizio, correggendo quanto gli sembrasse erroneo.

Egli inizierà dunque la discussione sul punto se sia meglio avviar prima i fanciulli alle lettere sacre o alle profane, ed a questo soggetto dedicherà sei capitoli; quindi passerà a vedere se a ragione debbasi dar alla volontà la precedenza sull'intelletto: ciò che ai filosofi domenicani non piace; esauriti questi problemi, la controversia avrà fine.

E nella discussione userà di molta franchezza, trattandosi di materie che non hanno a che far colla fede. Chè se fosse altrimenti, egli dicesi pronto a ritrattare tutto quanto sta per dettare.

Giacchè Iddio gli ha concesso la grazia che in niun tempo mai ed in nessun argomento egli siasi trovato a pensar diversamente da quanto impone la fede, che sempre giudicò doversi seguire in tutto e per tutto da chi non sia pazzo ovvero presuntuoso.

voluntati, et an iure dicendum sit pueros non debere secularibus initiari litteris, sed eis sit a sacrarum litterarum studiis inchoandum. ut, postquam videris in utroque quid sentiam, tuum sit emendare, corrigere, mutare vel tollere quicquid sub tue correctionis examine disputabo.

5

Instituam ergo tecum, pater optime; disceputationem prius an satius sit atque commodius a sacris inchoare litteris eruditionem nostram, an utilius sit secularibus primo studiis immorari; et hec erit prima decertatio sex discutienda capitulis primusque tractatus. secundo vero loco videbimus an recte senserim cum voluntatem pretulimus intellectui, quod videtur adeo tibi, scioque magnis atque sanctissimis tue religionis auctoribus non placere⁽¹⁾. quibus absolutis finem omni controversie veritati meliorique sententie, tueque correctioni semper obnoxius faciam; certus quod, licet in tua sententia opinioneque remansurus forte sis, non de-
ridebis aliter sentientem. in qua quidem re liberius agam, quoniam non sit, arbitror, contra fidem oppositum vel propositum affirmare; quod si forsan esset, ex nunc revoco et condemno. dedit enim Deus servo suo gratiam hanc ut nunquam in aliquo contra fidem senserim nec etiam, licet contrastare videretur humana ratio, vel leviter hesitarim. quomodo quidem auderet intellectus meus vel a sacris dissentire litteris, vel in his, que fidelium universitas determinaverit, hesitare? nescio de aliis; ego vero id michi semper; etiam cum eram parvulus, et nunc magis cum Dei gratia per etatem plura vidi forteque cognovi; michi firmissime persuasi nullam doctrinam esse fide nostra sacrisque litteris potio-
rem; quicquidve quod huic contradicit falsissimum, quicquidve quod ab ea discedit esse delirum; summamque mentis stulticiam semper duxi presumptuosique nimium intellectus ab his que Iesus precepit, ab

10

15

20

25

6. Nel cod. precede la rubrica *Ordinatio dicendorum* 9. Cod. dopo decert. lascia uno spazio bianco, destinato ad accogliere il numero de' capitoli dedicati a discutere il problema se torni lecito ai Cristiani lo studio degli scrittori pagani. 12. Cod. auctoritatibus corretto poscia in auctoribus 21. quomodo - potentatum] (p. 215, r. 13). Questo brano è riferito per intero dal Rösler, op. cit. pp. 118-119, nota 3, ma non senza inesattezze.

(1) Questa seconda dimostrazione fa difetto, come già si osservò, nel cod. Patrigino, nè probabilmente, sorpreso dalla morte, il S. ebbe agio di scriverla.

his que Paulus docet vel ab his que uterque consulit, que vult
 vel transtulit Hieronymus, Ambrosius tractat, exponit Gregorius
 vel disputat Augustinus aliquo modo discedere vel nolle viris
 tante sanctitatis et eruditionis per omnia consentire. sequatur
 5 turba philosophantium Aristotelem vel Platonem, sequatur vene-
 nosum Averroem et si quem habent, ne per illorum vager no-
 mina, meliorem. michi vero solus placeat Iesus Christus et ipse
 pro salute fidelium crucifixus, qui florentibus Grecia Italiaque stu-
 diis et hac, sicut sibi placuerat, armis omnia pessundante, stul-
 10 tam fecit sapientiam huius mundi⁽¹⁾; stultam quidem non sapientia
 sapientium vel potentia superbiorum, sed stulticia predicationis et
 crucis; per piscatores, non per philosophos; per abiecte condicio-
 nis viros, non per habentes in seculo potentatum⁽²⁾. et quoniam
 membrum primum principalius est et multa respicit, utpote phi-
 15 losophos, grammaticos, logicos, rethores et omnes Ethnicos, qui
 descendum aliquid tradiderunt, incipiam a grammatica, quam sci-
 mus ante Christi tempora floruisse, queve ostiaria est omnium
 liberalium artium omnisque doctrine sive divina dixerimus sive
 humana.

20 I. Non sum animo dubius quin velis atque consentias Christi
 doctrinam per sacras litteras intraturos a grammatica debere ne-
 cessitate quadam incipere. quomodo potest enim Scripture sacre
 noticiam sumere qui litteras ignorarit? quomodo potest scire lit-
 teras qui grammaticam omnino non novit? nonne vides quo
 25 perduxit ignoratio grammaticae religiosos et omnes qui defectu
 talis habitus laborarunt? non enim intelligunt que legunt, nec
 legenda possunt aliis preparare. potest sine litteris fidei since-
 ritas percipi, fateor, sed non divina Scriptura, non doctorum expo-

Cristo, Paolo, Gerolamo, Ambrogio, Gregorio, Agostino, ecco i suoi maestri e dottori.

Seguano altri Aristotele, Platone ed il velenoso Averroè;

egli ha posto invece ogni suo amore in Cristo,

che alla vana scienza dei filosofi sostituisce la semplice fede degli umili.

Ei comincerà dunque dal discutere della grammatica, la porta cioè onde si schiude il varco a tutte le arti liberali.

La grammatica è indispensabile per intraprendere qualsiasi studio.

Non vede il Dominici a che punto l'ignoranza ha condotto con gli altri seguaci di essa anche i religiosi?

Senza cultura si può esser buoni credenti,

2. Rösler omette tractat 9. Cod. pessundantem Rösler et omette hac - pessundante 13. Rösler dà potestatem 16. Cod. dicendum 20. Cod. ha la rubrica An pueri christiani et religiosi sint gramaticam instruendi (sic) secundum doctrinam gentilium et ethnicorum. Capitulum secundum. 26. Cod. qui

(1) Cf. S. PAUL. I Cor. I, 20.

(2) Il RÖSLER, op. cit. p. 119, riferisce tradotto tutto questo brano dell'epistola, perchè, a suo giudizio, « der Charakter Salutato's verbietet es, an

« der Aufrichtigkeit dieser entschiedenen Erklärung zu zweifeln ». Ved. quanto s'ebbe ad avvertire in proposito nella nota a p. 206 di questo volume.

ma non s' arriva davvero nè a comprendere nè ad illustrar le sacre Scritture.

Nè la grammatica è tale che imparare si possa a dovere senza il concorso d'altre dottrine, essendo gli umani studi al pari de' sacri strettamente connessi tra loro.

Or un cristiano indotto può credere fermamente, e trovarsi nell'impossibilità di giustificarsi la sua fede.

Quanti appaiono adesso in tal caso!

Che sarebbe se tutti vi si trovassero? Come si difenderebbe la Chiesa dagli assalti dei miscredenti?

Post' anche che sian' invenzioni de' Gentili, in che peccano gli umani studi contro la fede?

In che soprattutto può peccare la grammatica?

E se le scienze tutte si debbono ripudiare come ritrovati dei Gentili, perchè le accolsero in altr'età i Cristiani?

Perchè tutti non le condannano? Perchè si insegnano persino nei monasteri?

Tale divieto deve solo aver luogo, quando la fede ne soffre.

sitiones atque traditiones intelligi, quas vix capere valeant litterati, et nedum simpliciter docti grammaticam, sed etiam qui dialecticis et rethoricis insudarunt. et eadem ipsa grammatica sine noticia rerum et quibus modis rerum essentia variatur et omnium scientiarum concursu preter necessitatem noticie terminorum maxima 5 ex parte sciri non potest. connexa sunt humanitatis studia; connexa sunt et studia divinitatis, ut unius rei sine alia vera completeque scientia non possit haberi. sed quicquid sit de grammaticae facilitate vel eiusdem asperitate discendi, quid erit si doctrinam fidei respexeris? Christianus vix scire poterit quid credendum; et 10 si quis, vel auctoritate divine Scripture vel quavis debili etiam licet ratione sue simplicitati obstiterit, quid respondere debeat ignorabit incipietque de veritate fidei vacillare. o quot et quanta quotidie videmus que non possit ruditas vel sancta rusticitas, cum careat litteris, explicare! quid esset omnis fidelium multitudo, si 15 cuncti litteras vel grammaticam ignorarent? quid valeret fidelium acies contra Gentiles vel hereticos, si doctrina deficiat que grammatica, logica rethoricaque paratur? an dicere potest aliquis litteras atque grammaticam inventionem non esse Gentilium, et si prohibentur Christianis ista studia, non etiam ipsam gram- 20 maticam inhiberi? quod si videmus esse ridiculum, quomodo debemus sic ad integrum Ethnicorum studia recusare; ceterum grammaticales dubitationes, que profecto fidei non reluctant? ars grammatica non ea que sunt salutis et fidei discutit et rimatur, ut non sit in huius rei vestigatione periculum; nullum 25 contra fidem admitti possit erratum. si scientie sunt inventorum gratia dimittende, cum omnes repertas constet a Gentilibus, cur eas receperunt de Gentilium manibus Christiani? cur non omnes iacent? cur non sunt ab omnibus condemnate? cur vestris in monasteriis docentur et addiscuntur? crede michi, venerande 30 Iohannes, nec esse rationabile neque iustum doctrinas et traditiones Gentilium, que multe sunt, velut in exilium missas, Christianorum arceri laribus, nisi quatenus veritati, fidei sanctorumque

8. Cod. omette de per errore del copista.
margine da altra mano neque

31. Cod. dà atque cui fu sostituito in

patrum determinationibus adversentur. nec par etiam censeo si vel hic vel ille de fide male senserit, scientiam etiam quam tradiderit proscribendam. aliud est enim auctoris crimen aliudque artis, quam invenerit, falsitas vel venenum; ut licet ethnicus, licet publicanus, licet hereticus, licet cunctis sceleribus criminosus verum dixerit vel artem tractaverit que reprehendi non possit, non possint que recte dicta fuerint auctorum crimine condemnari. vellem quod omnes religiosi taliter in grammatica profecissent atque proficerent, quod non audiremus in voce barbarismos, non solecismos in constructione, non vocabula distorta contra analogiam, non extra significatum et ut non conveniat collocata⁽¹⁾. non legeremus apud eos: esu quinque prunarum a validis febribus liberatum⁽²⁾, si didicissent quod prunus feminini generis arbor sit; fructus autem prunum soleat appellari; unde noster Virgilius inquit:

Addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomo⁽³⁾;

non offenderentur aures nostre, quia non audirent ex ore religiosorum: Dominus dedit nobis physicam in Geneseos, Iob et Ecclesiasten⁽⁴⁾. scirent enim Geneseos genitivum esse nominis huius genesis, non ablativum, nec copulam istam et coniungere posse diversos casus; nec unquam partile bonum dicerent, quod pars esset boni, quoniam omnia desinentia in -bilis

In nessun modo però è lecito rendere responsabile la scienza de' trascorsi di chi la coltiva.

Ei bramerebbe quindi che tutti i religiosi fossero eruditi siffattamente nella grammatica da evitare i solecismi, i barbarismi, ed altri gravi errori:

non confonderebbero essi allora « prunum », frutto con « prunus » pianta;

saprebbero che « geneseos » è un genitivo e non un ablativo;

non scriverebbero « partile bonum » per indicar ciò che è parte del buono;

6-7. possint] Cod. sint 20. et omissio nel testo fu aggiunto nell'interlinea.

(1) Incomincia qui la solenne riveditura di bucce che, come si disse già (ved. nota a p. 207 di questo vol.), il S. non ha potuto a meno d'infliggere al suo focoso avversario, più forte in teologia per fermo che non in grammatica latina.

(2) « Vidi solo manus contactu re-
« pente ab incurrente cecitate oculum
« liberatum; esu quinque pruna-
« rum ad tegendum miraculum futu-
« rum speratum a validis febribus
« in momento personam plenam sani-
« tatem cepisse »; *Luc. noct.* cap. XLVIII, cod. Berl. c. 110 A.

(3) VERG. *Buc.* ecl. II, 53. Per ta-

cere dei soliti lessicografi (Papia, Ugucione, Balbi), ricorderò qui un distico, staccato certo da un trattatello d'*Aequivoca*, che fu molto popolare nel medio evo, intorno ai vari significati di « prunus », « prunum », « pruna » (v. SCHLER, *Lexicographie lat. du XIII^e et XIII^e siècle &c.*, Leipzig, 1867, IOH. DE GARLANDIA *Dictionarius*, n. 30, p. 25 e cf. note, p. 52):

Prunus pruna gerit; defendit pruna pruinis:
Dum calet est pruna, carbo, dum deficit ignis.

(4) « Dominus enim Deus dedit nobis physicam in Geneseos, Iob et Ecclesiasten » &c.; *Luc. noct.* cap. XLVII, cod. Berl. c. 106 B.

non userebbero
« fiendum » come
participio da « fie-
ri ».

Sfuggirebbero cer-
te erronee compo-
sizioni quali « dei-
fica »,

non adopererebbe-
ro come passivi i
verbi deponenti,

non darebbero a
« quilibet » carat-
tere di distributivo;

aptitudinem significant et non actum, et necessarium est hoc adie-
ctivum partile per sincopam dictum esse a nomine hic et hec
partibilis et hoc partibile, sicut nobile quasi notabile⁽¹⁾.
non audiremus legeremusque quotidie vocabulum hoc fiend- 5
dum, quod, sive nomen sive participium sit, cum ortum non
habeat et originis sue participium, prorsus reperiri non potest⁽²⁾;
fiens etenim non habemus, unde posset, si daretur, tale vocabu-
lum exoriri. non dicerent deificam potestatem, quoniam
nulla potestas sit Deum faciens, cum Deus prorsus non habeat
factionis sue principium nec et esse⁽³⁾. non facerent de verbo de- 10
ponente passivum, ut est illud: res publica ordinate mode-
rari non potest⁽⁴⁾; non redderent distributivum hoc quilibet,
duobus tantummodo suppositis, cuius officium est distribuere circa
plura quam duo sint, ut est illud: alias Moyses se ipsum damnas-
set, damnasset et Abraham; quorum quilibet in scientiis Genti- 15
lium eruditissimus fuit⁽⁵⁾. nunquam enuntiarent: habeant honos

7. Cod. ficus

16. fuit omezzo nel testo è stato aggiunto interlinearmente dal cor-
rettore.

(1) Non mi è riuscito di scovare
nella *Lucula* « partile bonum », ma
« partilis » vi è usato erroneamente in
altri casi: per es. nella frase: « istam
« philosophiam » fateor ab auctoribus
« commendatam, si fuerit integra, non
« partilis »; *Luc. noct. cap. XLII*, cod.
Berl. c. 91 A.

(2) Il Dominici fa di « fiendum »
uso larghissimo: « Anne Ovidium in
« tanta re memorabor, qui quasi fa-
« ctum non tantum fiendum, in
« libro de vetula ex libris Albu-
« mazar hanc nativatem divinam...
« cantavit? »; *Luc. noct. cap. III*, cod.
Berl. c. 5 B: « ideoque quid fiend-
dum sit quidve timendum in no-
« vissimo libro concludit »; *Luc. noct.*
cap. XLVI, cod. Berl. c. 104 B; e cf.
anche capp. XLII, XLIII, cod. Berl.
cc. 90 B, 92 A.

(3) Anche questo passo mi è riu-
scito irrepibile. « Deificus » trovasi
però usato altrove, nel significato che

il S. biasima, nell'opera del Domi-
nici: per es. nella frase seguente:
« certeque in puerorum mentibus nul-
« lus habitat fulgor deifice cognite
« veritatis »; *Luc. noct. cap. XLVII*,
cod. Berl. c. 109 A.

(4) « Illi [Romani] evaserunt reipu-
« blice patres et mariti quamdiu Gre-
« corum litteris caruerunt et respu-
« blica christianorum non creditur
« bene posse moderari, nisi Tul-
« lius loquatur in ea » &c.; *Luc. noct.*
cap. XX, c. 37 A.

(5) « Nusquam autem in legalibus,
« in quibus prohibentur observaciones
« stellarum, somniorum augurii et fa-
« miliaritates gentilium, interdicte le-
« guntur lectiones librorum ipsorum.
« alias Moyses se ipsum dampnasset,
« dampnasset quoque et Habraham
« patrem suum et gentis sue, quorum
« quilibet in scientiis gentilium eru-
« ditissimus fuit »; *Luc. noct. cap. V*,
cod. Berl. c. 8 A.

qui tulerint onus ⁽¹⁾, sumentes in neutro genere nomen honos, cum sit procul dubio masculini. cithareda non dicerent, sed potius latine citharedus ⁽²⁾; non allegarent dialogum ad Hortensem, sed ad Hortensium ⁽³⁾, sicut decet. non facerent ineptam tinesin, dicentes hi sepe ponantur et numero, quasi sepenumero, idest multotiens ponantur ⁽⁴⁾. dicerentque non humanum genus, sed humani generis directiva ⁽⁵⁾; non facerent hoc nomen Averrois indeclinabile, sed scirent in -im quartum casum, tertium autem et sextum in -i rationabiliter terminari: ex quo non scriberent: Averrois in hoc pre ceteris defendente ⁽⁶⁾. scirent quod adiectiva desinentia in -ius comparativa non habeant, et ob id non dicerent: ut proprius loquar, vel: gaudium per iubilum sermonem proprius exprimitur; nec etiam uterentur hoc adverbio propriisime ⁽⁷⁾. et ut ad significata veniam, quis diceret: ulla divini-

conoscerebbero che « honos » è di genere mascolino e non neutro: che in latino non si dice « cithareda », ma « citharedus », e che l'amico di Cicerone era Ortensio e non Ortense. Non separerebbero inettamente in due « sepenumero », non costruirebbero « directiva » coll' accusativo: non stimerebbero « Averrois » nome indeclinabile.

Avrebbero notizia che gli aggettivi in -ius non hanno comparativo;

e, per venir ad altro, si guardereb-

4. Le parole sed ad Hortensium omesse nel testo leggonsi in margine aggiunte dal correttore. 5. Cod. thesesem sepe omissa nel testo è stato aggiunto interlinearmente.

13. Cod. iubilem; ma nè iubilus nè iubilis si rinvengono nei lessici. 14. nec] Cod. hoc

(1) « Anne putabo furandum esse, ut « cum dedecore restituere cogar in- « vitus? habeant honos qui onus « tulerunt »; *Luc. noct. cap. viii, cod. Berl. c. 11 A.*

(2) « Citharoeda »; che in latino ricorre, quantunque raramente, come attributo femminile; è usato molto spesso dal Dominici per « citharoedus »: « gramaticus non erit neque cytharæda vel musicus »; *Luc. noct. cap. xvi, cod. Berl. c. 28 B*; « si negligenter Domini cithareda speculationi celestium rerum affixus populum a Deo commissum dilexit »; *Luc. noct. cap. xix, c. 35 B.* Altrove tuttavia egli chiama correttamente Davide « Domini citharedus »; *Luc. noct. cap. ix, cod. Berl. c. 13 B.*

(3) « Tullio teste in fine dialogi « ad Ortensem, quemadmodum libro .xiiii. de Trinitate recitat Augustinus » &c.; *Luc. noct. cap. ix, cod. Berl. c. 14 B.* Però in altri due

luoghi il nome dell'amico di Cicerone è scritto a dovere; cf. *Luc. noct. cap. iii e cap. xxvi, cod. Berl. c. 2 B e c. 47 A.*

(4) Questo passo mi è sfuggito.

(5) « Pertractandum est igitur in « hoc articulo nono, quod sola sacra « sophia est sancta philosophia sufficientissime humanum genus ad « quolibet agenda directiva »; *Luc. noct. cap. xxxvii, cod. Berl. c. 74 A.*

(6) « Hinc aiunt nullam esse substantiam nisi corpoream, unicum « esse intellectum actuum cunctis rationabilibus influentem, quorum quilibet proprio viget possibili vel passibili intellectu, Averrois hoc pre « ceteris deffendente »; *Luc. noct. cap. xxiii, cod. Berl. c. 41 B.*

(7) L'uso del « proprius » qual comparativo neutro è tanto comune nella *Lucula* che stimo inutile recarne esempi. Solo dirò che la seconda frase qui citata: « Gaudium nempe mentis per iubilum (sic) sermonem proprius exprimitur ».

berò bene dall'usare « ullus » per « nullus » ;

« sine fallo » in luogo d'« infallibiliter » ;

non scriverebbero con barbara ortografia « micci, niccil, bratium » ,

in guisa da apparir non meno rozzi in ciò di quanto sembrar sogliano i Francesi, che di latino sono ignorantissimi.

È veramente vergognoso trovar nei

tas extingui potest⁽¹⁾, ni fratres qui differentiam non faciunt inter ullus et nullus, quique non percipiunt ullum idem significare quod aliquem? quid est, obsecro, quod religiosi omnibus est in ore pro infallibiliter dicere sine fallo?⁽²⁾ et ut ab his nugis abscedam, et que quotidie peccantur in orthographia, in qua quidem re plurimi sunt religiosi, aliqua ex parte contingam, quid est dicere micci, vel niccil⁽³⁾, quid est dicere bratium? nunquam, fatebor enim ingenue, potui videre talis ignorantie rationem, nisi quod apud Gallos, quibus latinitatis est summa barbaries; mos enim eis est cum iuxta suum idioma volunt scribere civalier et in similibus omnibus ubique scribere chivalier, quasi latine non crassius sed minus exiliter et strictius sonet c cum aspiratione quam si per se solum cum i vel e scribitur vel profertur⁽⁴⁾. sed hec et plusquam sexcenta talia dimittamus. maximus etenim pudor est videre quotiens et quantis 15

« mitur quam quocunque signo aliquo « aut corporis gestu » si legge in *Luc. noct.* cap. xxv, cod. Berl. c. 46 A. Ed il superlativo « propriissime », a ragione biasimato dal Nostro, vi ricorre nel cap. xxxvi: « et si frequenter Deus sub membris nominatur « humanis, tamen semper apud se, ubi « prius et post non inveniunt sedem, « fuerit homo non fide sed propriissime ex artibus illis expressus »; cod. Berl. c. 73 A.

(1) Quest' esempio m'è rimasto irreperibile; ma « ullus » per « nullus » si trova più volte nel libro di frà Giovanni: « sunt enim aliqua « que ... ullo tempore, loco vel intentione a quoquam possunt bene « fieri » &c.; *Luc. noct.* cap. xlii, cod. Berl. c. 90 B.

(2) « Eritne qui dicat ethnicos qui « dicuntur morales, ad Christum colligere? ymmo sine fallo dispergunt » &c.; *Luc. noct.* cap. xliii, cod. Berl. c. 92 B.

(3) Queste grafie sono sparite nei codd. Laur. e Berl., dove si trova scritto secondo la comune ortografia

« mihi », « nihil », ovvero « michi » e « nichil ». I lettori rammenteranno come anche il Poggio s'attenesse alla grafia senz' h, rimproverata qui al Dominici dal S.; cf. ep. xxii di questo libro, p. 162.

(4) Il suono *š*, sviluppatosi da *c + a*, iniziale d'una parola ovvero iniziale d'una sillaba dopo una consonante, è stato reso fin da antichissimi tempi in francese con *ch*; grafia che rimase sempre intatta, quantunque la pronuncia della palatale, poi affricata, si modificasse nel corso de' secoli non lievemente; cf. NYROP, *Grammaire historique de la langue française*, Copenhague, 1899, I, 316 sgg. Su cotesta grafia niun'osservazione troviamo fatta nel più antico trattato sulla pronuncia e l'ortografia francese che si conosca, l'*Orthographia Gallica*, edita da J. Stürzinger nel vol. VIII dell'*Allfranzösische Bibliothek* di W. FOERSTER (Bonn, 1884); e neppur il Beza che l'accenna, ne fa argomento di discussione; ved. TH. BEZA, *De francicae linguae recta pronuntiatione* (1584), ed. Tobler, Berlino-Parigi, 1863, p. 22 sg.

vestrorum religiosorum ignorantia deprehendatur solum in horum primorum habituum ratione⁽¹⁾. quo fit ut latine loqui nesciant et ipsas sacras litteras et dicta doctorum ad intelligentiam non capeant. sed, cum ars grammaticae prima sit tam perceptione
 5 quam ordine, et inventio sine dubio sit, sive speculationem consideres sive positionem inspicias, Ethnorum, et ea non ratio solum sed ipsa necessitas presupponat, nec aliunde possimus quam unde sumpta fuit, ab Ethnicis videlicet, eam habere, etsi Christiani eam tractaverint, a Gentilibus certissime sumpserint quicquid di-
 10 cunt, cur hec et alia studia prohibes Christianis? et unde didicit Ecclesia primitiva quod diceret nisi a traditionibus Ethnorum? quomodo, cum acceptatio vocatioque divina provenit ad gentes, cognoscere potuissent sacras litteras intelligereque quod preciperent atque vellent, si sua studia, Grecorum scilicet Latino-
 15 rumque grammaticam, nescivissent? cur eam in vestris congregationibus et ecclesiis doceri facitis et addisci? sed de hoc iam satis dictum arbitror. nec te puto, licet universaliter videaris seculares litteras interdicare Christianis, hoc te, cum ista legeris, negaturum verum; quia, teste Quintiliano, cum hec professio, ut eius verbis
 20 utar, brevissime in duas partes dividatur, recte loquendi scientiam et poetarum enarrationem, plus habet in recessu quam fronte promittit. et infra: nec poetas legisse satis est: excutiendum

religiosi tanta e tale ignoranza in quanto concerne gli elementi primi del sapere.

Di qui avviene che nè sappian parlare nè intendere le Scritture e i libri de' Padri.

Or poichè la grammatica è invenzione de' Gentili e non v'ha modo di dedurla da altre fonti, ed i Cristiani di là soltanto la trassero, perchè vieta il Dominici ai fedeli siffatti studi?

Di essi si giovò la Chiesa fin dai primi tempi, nè avrebbe potuto farne a meno, come non possono trascurarla i moderni ecclesiastici.

Ei conclude diversi dunque studiare la grammatica, di cui chiarisce la grande importanza, valendosi delle parole che Quintiliano ha usato a celebrarla,

16. de aggiunto in interlinea. 18. Cod. indicare

(1) Da questo gagliardo attacco aveva già in anticipazione tentato difendersi, come s'è detto sopra (nota a p. 207 di questo vol.), il Dominici confessando la propria grammaticale imperizia: «Ego quidem fateor in con-
 «scientia vera, teste Spiritu sancto,
 «non solum me non esse rethorem,
 «sed nunquam gramaticam sub pre-
 «ceptore vidisse; nullas gramaticorum
 «regulas legi, Donatum non didici,
 «nominum verborumque differentias
 «penitus ignoro, et solo exercitio for-
 «mas, ut possum, quas studui per me-
 «metipsum, ethnicos et catholicos an-
 «tiquos et modernos metris et prosa

«currentes loquor imitatus doctorum.
 «et tamen veritatem veneror, rem
 «preferens dictis, dicta vera non dam-
 «pnans. non est ergo philosophia
 «in verbis primitus exquirenda, sed in
 «rebus precipue colenda»; *Luc. noct.*
 cap. XLII, cod. Berl. c. 91 B. Da co-
 teste dichiarazioni sant'Antonino cavò
 argomento a lodare il proprio maestro,
 perchè «quasi alter Augustinus per se
 «omnia didicit quae legere potuit»;
Summa cit. in op. e loc. cit. Di qui
 deriva quanto leggiamo in RAPH.
 VOLATERRANI *Commentar. Urban. li-*
bri XXXVIII, Basileae, MDXLIII, p. 241,
 sul conto del Dominici e del libro suo.

illustrandone le relazioni con tutte le rimanenti arti liberali.

Alla testimonianza di Quintiliano è da aggiungere poi quella di Marciano Capella.

La grammatica non deve dunque proibirsi ai Cristiani ma considerarsi quale indispensabile fondamento della loro educazione intellettuale.

Passa poi a toccar della logica, di cui l'importanza non è men grande per tutti,

come mezzo per discovrir il vero.

omne scriptorum genus, non propter hystorias modo, sed verba, que frequenter ius ab auctoribus sumunt. tum neque citra musicen grammatica potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmis- que dicendum sit; nec si rationem siderum ignoret, poetas intelligat, qui, ut alia mittam, totiens ortu occasuque signorum 5 in declarandis temporibus utantur: nec ignara philosophie, tum propter plurimos in omnibus ferme carminibus locos ex intima naturalium questionum subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in Grecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui precepta sapientie versibus ediderunt. eloquentia quoque non me- 10 diocri est opus, ut de unaquaque earum, quas demonstravimus, rerum dicat proprie et copiose. et cum ista narrasset Fabius, subinfert: quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac ieunam cavillantur, que nisi oratori futura fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris, iocunda 15 senibus, dulcis secretorum comes, et que vel sola in omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis. hec excultissimus auctor M. Fabius Quintilianus Institutionum oratoriarum libro primo⁽¹⁾. quibus iungi debet, ut amplitudo huius facultatis intelligatur, quod Marcianus Mineus Felix Capella nomine 20 libris edidit, quibus post duos primos de nuptiis Philologie et Mercurii, septem liberalium artium doctrina mire brevitatis perfectione narratur; ut cum hoc scire docereque grammaticæ sit et istius doctrina debeat omnibus anteponi et ea cum ceteris Gentilium traditiones sint, rationabiliter et necessario concludatur, nedum hec 25 non prohibenda Christianis, sed omnibus aliis studiis premittenda. sed de hoc alias. nunc autem, quoniam de grammatica satis dictum est, ad logicam veniamus.

II. Quis negare potest, cum dialectica sit inquisitiva veritatis, que sola finis est omnium liberalium artium et quaruncunque 30 scientiarum, quod hanc necesse sit discere Christianos? fides enim nostra summa veritas est, et in quam infinitis veritatibus veniatur. cum igitur hec inveniende veritatis instrumentum sit

29. *Cod.* An logica christianis adiscenda sit et quando. Capitulum tercium. Rubrica.

(1) M. FAB. QUINTIL. *Instit. orator.* I, IV, 2, 4, 5. Il testo s'allontana molto dalla vulgata.

atque iudicande, quis non videt Christi fidelibus eam necessariam non fore, sed esse, ut possint ad christiane veritatis terminum pervenire? incipietne fidelis addiscere primo que sunt fidei et postquam ex his fecerit, ut vis, habitum, se convertet ad illa dis-
 5 scenda, quibus iam percepta vel intelligat vel defendat? dic michi, venerabilis mi Iohannes, quando potest esse humana ratione quis in fidei sinceritate usquequaque firmatus, nisi ad hanc veritatem, discussis infinitis dubitationibus, quibus ea labefactari soleant, intellectis atque sublatis multis hinc inde ratiocinationibus
 10 veniatur? verissimum enim est quod, teste Cicerone, Democritus dixit, naturam scilicet veritatem in fundo penitus abstruxisse⁽¹⁾. ut si natura veritates; naturales scilicet, alias quidem non norit; in profundum abstruxit, quid putandum est de illa infinita potentia, que sic natura est, quod merito recteque supra
 15 naturam debeat appellari, presertim cum illa finita sit, hanc autem infinitam oporteat confiteri? quo profundo, quo baratro quoque abyssu debet supranaturalis veritas delitere?

Nunc autem que sola fide tenemus talia sunt, quod ad ea naturalis ratio non pertingat, ut facile sit sola fide fundatum alii-
 20 cuius humane rationis apparentia loco, quem tenuerit, dimovere. quare necessarium est neophitis cum fide simul addiscere qua ratione valeant se tueri. quis enim consentiat tirones, rei militaris inexpertos et rudes, sine doctrina preceptisque bellicis armorum periculis commiseri, qui non habeant, imo nesciant, arma
 25 quibus se tueantur adversariosque adorianur et feriant? qua ratione poterunt etiam in pugna levior versari? addiscant simul arma tractare, pugnare, vincere rebusque dubiis obviare, ne primo congressu terriți pedem retro ferant, aut, si discedere nequeant, capiantur. sed iam satis de logica dictum sit, que quidem capit
 30 cogitque suis rationibus intellectum; et ad rethoricam, que cum voluntate congreditur, veniamus. ambe quidem, licet diverso tramite, finem unum intendunt, quamvis una dilucidet intellectum ut animo sciat, altera disponat ut velit, et alia ratione illa probet ut doceat, hec vero persuadeat ut inclinet.

Dovrà il credente prima imparare quanto è materia di fede, e poscia sforzarsi a cercare il modo di intendere e sostenere le credenze proprie?

Se, come voleva Democrito, la verità naturale è già difficilissima ad eruire,

che sarà di quella soprannaturale?

Or quanto la fede ci impone di credere è tale di per sé che la ragione umana non è capace d'inderlo; di qui la necessità di porgere ai novizi le armi per tutelare la fede loro.

Ma basti della logica: è tempo di venir alla retorica che, sebbene per diversa via, tende al fine stesso cui la volontà aspira.

(1) Cf. CIC. *Academ.* II, 32.

Athda a sant'A-
gostino la difesa
della retorica, giac-
che egli nel *De do-*
ctrina christiana ne
ha dichiarato la
somma utilità,

III. Nescio qualiter hoc commodius expedire valeam quam cum divo Aurelio Augustino. dicit enim in quarto *De doctrina christiana* questionem hanc absolvens in hac forma, videlicet: nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem 5 debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prooemio facere: isti autem non noverint? illi falsa breviter, aperte, verisimiliter, et isti vera sic narrent ut audire te- deat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? illi fal- 10 lacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem; isti nec vera defendere, nec falsa valeant refutare? illi animos auditorum in errorem moventes impellentesque, dicendo terreant, contristent, exhilarant, exhortentur ardentem; isti vero pro veritate lenti frigidique dormitent? quis ita desipiat ut hoc sapiat? cum 15 ergo sit in medio posita facultas eloquii, que ad persuadenda seu prava seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas per- versas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? (1) hec pater sanctissimus Augustinus. et quid? videtur tibi 20 tantus doctor rethoricam, licet sit traditio Ciceronis, instrumen- tum singulariter, telum et iaculum Ethnicorum, Christianis et Dei viam ingredientibus inhibere? videbat in aliis, sentiebat etiam in seipso quam facile docti grammaticam, logicam atque retho- ricam in veritates theologicas penetrarent. videbat quam hec ne- 25 cessaria sint neophitis, ut sacras litteras intelligant atque discant. recordabatur, cum incidisset in heresim manicheam, quanto sibi fuissent ista presidio, ne per inscitiam in incepti iam erroris im- pietate maneret. nec oblitus erat quod primus sue sibi salutis splendor effulsit de tenebris Ciceronis, cuius linguam, ut ipse 30 idem inquit, fere omnes mirantur, pectus non ita. sed liber ille ipsius exhortationem continet ad philosophiam, et vocatur Hor-

da lui stesso espe-
rimentata, quando
volle trarsi dai lacci
del manicheismo;
alla sua stessa con-
version del resto
aveva dato impulso
la lettura dell'*Or-*
tensio ciceroniano.

1. *Cod.* De rethorica, nunquid chisticolas deceat eam addiscere atque quando. Capi-
tulum quartum. Rubrica. 28-29. Dopo impietate *cod.* reca iam cancellato.

(1) S. AUR. AUG. *De doctr. christ.* E cf. l'epistola xxiii di questo libro, IV, II, § 2, in *Opera*, III, 1, col. 89. p. 204.

tensius; ipse vero liber mutavit affectum meum, et ad te ipsum, Domine, mutavit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia. viluit michi repente omnis et vana species, immortalitatem sapientie concupiscebam estu cordis incredibili et surgere iam ceperam, ut
 5 ad te redirem⁽¹⁾. hec omnia pater Augustinus, quibus videre potes quem fructum elicere noverit creator, redemptor et Deus noster de medio quiscularum et sordibus Ethnicorum; ut quas per Dei gratiam sibi fuisse meminerat ad salutem, quas sciebat nedum instrumentum esse, sed collectionem etiam plurium veritatum,
 10 quasque norat indaginem veritatis, arma, tela et instrumenta defensionis atque victoriae, si de fide vel sacris litteris decertetur, non doceret Christi fidelibus inhibendas. quis enim de scholarum auditorio iubeat in exilium ire doctrinas, quibus quotidie proficitur et magis atque magis in veritatem, que queritur, gra-
 15 diatur? pone tibi ante oculos unum quempiam in trivio, hoc est sermocinalibus scientiis, eruditum: fac ipsum cum alio, quavis, qui studia illa non calleat, fidei christiane doctrinam et sacrarum litterarum institutionem incipere; quem putas citius et perfectius imbui posse vel debere: peritum illum, an rudem et penitus
 20 ignorantem? denique cum totum logice trivium via sit, transitus et non finis, et ordinata ut alia discere valeamus, non ut remaneamus in ipso, nonne preposterum est et penitus irridendum, quod, adepto fine, ad ea que sunt ad finem ordine retrogrado convertamur? si postquam, ut vis, perceperimus que sunt fidei et in ea solidum
 25 fecerimus fundamentum, hec discenda sunt, dic, obsecro, propter quid? an ut in istis maneat? at finis non sunt. an ulterius progrediare? at iam transmissis terminis finem omnium doctrinarum post humeros reliquisti. non video, mi Iohannes, huius opinionis aliquam rationem; nisi quod, quasi finem non attigeris, sicut mos
 30 est errantibus in itinere, si viam veram, debitam et rectam amiserint, ad erroris initium revertaris. sed hec satis. commodius enim atque cum hec omnia simul miscebimus, tractabuntur. verum, quia restat quadrivium, ne tractatum hunc ad tuum atque

Di qui si vede
 come Iddio pur
 dalle quiscilie de'
 Gentili sappia trar-
 re mirabili frutti;

e come sant' Ago-
 stino non possa au-
 noversarsi davvero
 tra gli avversari
 degli studi liberali.

Pongansi del re-
 sto di fronte un
 erudito ed un igno-
 rante: quale dei
 due più presto si
 imbeverà delle sa-
 cre dottrine?

Siccome poi il
 trivio è non fine,
 ma strumento a
 progredir più in-
 nanzi, come sareb-
 be tollerabile che
 prima si toccasse
 la meta e quindi
 si rifacesse il cam-
 mino che ad essa
 conduce?

Ma basti anche
 di questo; or ri-
 mane a discorrere
 del quadrivio.

33. Cod. quadrivium

(1) S. AUR. AUG. Conf. lib. III, cap. IV, in Op. cit. col. 685, § 7.

legentium fastidium extendamus, de toto simul quadrivio disse-
ramus.

Che c'è mai nel quadrivio, ove si fissino precisi confini all'astrologia, che contrasti alla fede o ai precetti delle Scritture sacre?

Posto pur che le dottrine in esso insegnate mescolino al vero alcune di falso,

verun danno da ciò proviene all'integrità della fede nè alcuna verità teologica ne rimane offesa.

Questo si dica delle teorie che espone la geometria,

di quelle che l'aritmetica sviluppa,

svolge la musica,

ed espone l'astronomia.

III. Quid est in toto quadrivio, venerabilis mi Iohannes, si astrologiam contraxeris ad ea que geometria arithmeticaque probantur aut velut probabilia recepta sunt circa stellarum et siderum motus et situs, quod fidei nostre vel sacris litteris contradicat? possunt forsan in traditionibus istis esse mendacia, quoniam nichil in humanis inventionibus est perfectum; verum contra fidem in his doctrinis nichil arbitror reperiri; nam tametsi falsum esset quodcunque notissimum principium ex his que pro veris et certissimis recepta sunt, quibusque non posset intellectus hominis dissentire, nichil tamen ad integritatem fidei pertineret, nec alicui theologice contradiceret veritati. etenim, ut a geometricis inchoemus, si non sit forte verum quod si ab equalibus equalia demas, dempta et a quibus dempseris equalia sint, licet tali que presupponitur falsitati repugnet sensus et nullus consentiat intellectus, si tamen falsum esset, nichil prorsus ad theologiam veritatem et nostre fidei argumentum penitus importaret. similiter etiam, ut ad arithmetica veniamus, si sit eadem propositio falsa, nec verum sit quod, si a tribus pluribusque decadibus, earum scilicet quamlibet diadem demas, remanere tot octoades et diades quot fuisse decades presupponas et ea ad invicem equalia remanere, licet artifex aliquis hoc diceret et in arte receptum esset, nichil prorsus ad divinarum Scripturarum veritatem vel integritatem fidei impedimento foret vel errorem aliquem generaret in fide, que non est de numeris, sed de Deo; nec unquam talis falsitas et de aliter esset in Deo, nisi quatenus verum est hoc quod dicitur esse falsum. et si ratio toni non esset in proportionem sesquioctava, hoc est inter enneadem et octoadem, sicut habet traditio musicorum⁽¹⁾, quid ad fidem et divinitatis noticiam pertineret? et licet quicquid tradunt astronomi de motibus magnitudineque stellarum, siderum signorumque spaciis et latitudine

1. Cod. quadrivio 3. Cod. De quadrivio, numquid ipsum christianis discere liceat, quamvis sit gentilitatis invencio. Capitulum quintum. Rubrica. Cod. quadrivio 29. Cod. eunadem

(1) Cf. per tutti BOET. *Instit. music.* I, IX.

non sit certa noticia, sed titubans potius coniectura, quid nocere potest sinceritati fidei vel theologicæ veritati? nescio videre, carissime mi Iohannes, quod esse possit in studiis istis de fide periculum, licet sint Ethnicorum labor et Gentilitatis inventum.

5 possunt ista sine dubitatione prodesse, nocere vero non queunt. quod si mysticos sensus inspexeris numerorum, inuenies hanc doctrinam ad theologiam sacrasque litteras et sanctorum doctorum intellectum non utilem solummodo, sed necessariam et talem quod qui traditiones illas non calluerit perfecte recteque, nun-

10 quam possit assequi theologicam facultatem. illic videbit monadem, que cum a numero nullo fiat, pater est et mater omnium numerorum, Deo simillima, qui cum a nullo sit, factor est celi et terre, visibilium omnium et invisibilium⁽¹⁾. monadem videbit, inquam, que tante fecunditatis atque potentie est, quod in

15 augendo nullum prorsus inueniat terminum atque finem et cum incrementi fixum ultimum non sit dare, cum nullus tante molis numerus esse queat, ultra quem addendo procedere non possit unitas vel collectio quelibet unitatum, non est possibile, quoniam finis reperiri non possit, resolutionis initium reperiri fierique re-

20 cursus in ipsam unde proceditur unitatem. et sicut multiplicata per semet unitas, nichil prorsus efficit nisi simpliciter unitatem, sic Deus pater ex se filium generans, Deum scilicet de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Deos non multiplicat, sed penitus remanet unus Deus⁽²⁾. et ut ab unitate

25 transeamus ad numeros, triadem, que primus numerus est, quoniam nullam prorsus per aliquem numerum recipit sectionem, in huius artis percipiet theoria Deo dicatam et ipsi multis rationibus convenire. inueniet enim eam primam omnium numerorum principium, medium atque finem, quod perfectionem arguit possidere, nec in istis tribus maius invenitur aliquid unitate. principium siquidem monas est, medium monas et in monadem terminatur. nulla prorsus maioritas est in eis; equalia

31. *Cod. quidem; la sillaba si è aggiunta in interlinea.*

Qual pericolo s'asconda in siffatti studi, sebbene ritrovato dall'antichità, ci non arriva a vedere.

Ben vede invece come si possano cavare ottimi risultati dall'esposizione mistica dei numeri, tanto alla teologia utili ed efficaci:

che, avvertita la eccellenza della monade,

mette in rilievo l'alto significato della triade, il primo tra i numeri,

(1) Cf. S. PAUL. *Ad Coloss.* I, 16.

(2) Per quanto spetta al significato mistico ed allegorico de' numeri e so-

prattutto della monade cf. l'ep. ix di questo libro, p. 48 sgg. ed i rinvii fatti in nota.

e poi dà notizia di
quant'altri numeri
esistono, così per-
fetti come imper-
fetti.

quidem sunt; nulla temporalis prioritas, cum indivisibilia sint nec possint aliqua temporis vel alterius rei longitudine mensurari. videbit typice perfectionis numeros, qui congregatis partium eos dividendum numeris nec a toto deficiunt nec supra totum exundant, qualia de senario referuntur. dividitur enim 5
per unum, duo et tria, que si simul colligas, nec in diminutum exeunt numerum, quales sunt, excepto senario, cuncti numeri, quos infra duodenarium computamus; vel in superfluum, quales supra undecim et proximum et multos alios est videre; cognoscatque 10
numerum hunc perfectum perfectioni cunctarum rerum, quas Deus creavit, qui cuncta fecit in numero et mensura ⁽¹⁾, Prophete testimonio, suffecisse. nec ignorabit huius doctrine peritus perfectionis eius numeros adeo raros esse, quod solum unum sit infra versum quemlibet reperire. primus quidem numerorum versus unitatum est; secundus decadum; tercius ecadum; quartus chilia- 15
dum. unitatum infra denarium perfectus numerus est; decadum, idest infra centenarium; vigesimus octavus ecadum, hoc est infra millenarium. unus est scilicet quadringentum nonaginta sex, intra decem millia vero perfectus est numerus octo milium centum et viginti octo. ceteri vero numeri vel superflui sunt vel 20
diminuti. videbit regulam inveniendi per singulos numerorum versus hos numeros, quorum partes totum ipsum perficiunt et adequant; discet hos numeros similes esse virtutibus, que medium illud tenent quo unaqueque perficitur et

Quod ultra citraque nequit consistere rectum,

25

ut Flaccus ait ⁽²⁾. cognoscat in hac arte infinita cuiuslibet mystici numeri sacramenta, que divinitati conveniunt et necessaria sunt ad sacrarum litterarum liquidum intellectum, sine qua doctrina in vanum laborabunt divine Scripture sensum et penetral invenire.

Altrettanto è a
dire della geometria,
le figure della
quale, come il cubo

Et ut ad geometrica veniamus, quorum principia sunt punctus, 30
linea et superficies, que corpora quidem non sunt, sed termini quibus corpora finiuntur, et tandem cubus triplicis dimensionis ratione perfectum et solidum corpus, quibus mira subtilitate Trinitatis unitas investigatur. prima quidem, ut ad mathematica ve-

(1) Cf. *Sap.* XI, 21.

(2) *HOR. Sat.* I, 1, 107; ma il testo « quos ».



niamus, et minima superficies triangulo terminatur: qui quidem
 ita tricuspis est, quod unus solus sit triangulus et non plures; sic
 inenarrabilis Trinitas tres personas habens unicus Deus est; unus
 quidem identitate substantie; trinus vero personarum multiplicitate.
 5 alius est Pater, alius Filius, alius est Spiritus Sanctus; sic tamen
 quilibet alius quod non aliud. sic in triangulo alia cuspis dextera,
 aliaque sinistra, aliaque etiam, que superior est, ex duabus illis pro-
 veniens et procedens. sic etiam cubus longus est, latus et pro-
 fundus, nec longitudo, profunditas vel crassitudo aliud quiddam
 10 a cubo sunt, sed simul ea omnia prorsus idem; sin autem vicis-
 sim, ipse divisim invicem conferantur. alia penitus est longitudo,
 alia profunditas, alia crassitudo, sed non aliud. hec quidem et alia
 plura, que ad divinitatem spectant, occurrent neophito qui geome-
 tria curaverit erudiri, quibusque cum in contemplationem divini-
 15 tatis venerit, noticia rerum istarum poterit consolari, nec solum
 esse doctior, sed certior atque paratior se opponentibus respondere.

Musica vero discet; quod David regem sanctissimum legimus
 multifecisse; Deo canere laudes et cantica canticis cumulare. vi-
 debit admirabile quoddam; sic videlicet esse septem discrimina
 20 vocum, quod primam et octavam in unitatem sibi videat simul re-
 spondere. sed super omnia mirabitur et videbit tantam esse po-
 tentiam unitatis, quod duarum cithararum fidibus, consona proten-
 sione in unius vocis sonoritate firmatis, si prope fuerint et unam
 percusseris, altera resultabit et cordula cordule, que fuerit unissona,
 25 motu saltem vel etiam adsibilo respondebit. que qui viderit mi-
 rabitur Dei potentiam et rerum omnium ob Dei similitudinem
 venerabitur unitatem.

Quid de astronomia dixerim, que cum celestia contempletur,
 varietate motuum, magnitudine rerum, ornatu mundi et pulcritu-
 30 dine celi creaturam ad rerum omnium dirigit creatorem? in
 qua quid potest contra veritatem addisci quidque quod sacris adver-
 setur litteris inveniri? cum patre quidem Augustino futurorum
 iudicia, que pretendunt astrologi, penitus sentio nichil esse ⁽¹⁾, nec

8. Cod. cobus

(1) Cf. s. AUR. AUG. *De civit. Dei* lib. V, cap. 1; e cf. l'epistola XII di que-
 sto libro, p. 87 sgg.

ed il triangolo,
 rendono immagine
 della Trinità.

Nè meno effica-
 ce aiuto offron a
 penetrar i divini
 misteri la musica

e l'astronomia.

eam stulticiam arbitror inter liberales artes; quicquid aliqui velint et sentiant; enumerandam. etenim, ut aliquando cecini,

Non humana quidem, sed vis divina futuros
Eventus rerum prenoscere; nam Deus ipse
Solutus ab eterno sua queque in tempora cernit,
Atque mortales premit ignorantia visus⁽¹⁾.

5

Verrà adesso a trattare della poesia, quantunque presupponendo dessa la cognizione di tutto il trivio, il quadrivio e d'ogni scienza umana e divina, potrebbe parer più conveniente discorrerne dopo aver esaurito tutto il resto.

E qui a considerare che ne' termini dell'elocuzione latina sono a distinguere: il significato, i modi di significare, la quantità delle sillabe e l'accento delle parole.

I termini poi hanno un duplice valore: proprio o figurato.

Usati nel senso proprio danno l'elocuzione grammaticale, a tutti comune: nel figurato invece, formano il linguaggio poetico;

V. Forte rectius erat, cum poetica totum trivium, quadrivium philosophiam omnem, humana divinaque et omnes prorsus scientias presupponat, post hec omnia de ipsa tractare. sed quia iuxta Quintiliani sententiam, ut superius ostensum fuit, videtur poetarum enarratio ad grammaticam pertinere⁽²⁾, et prout ars et scientia est pars una logice, hoc est sermocinalis scientie, et distincta facultas est, et de qua Philosophus speciali libello tractatum habuit singularem⁽³⁾, non inconueniens est de ipsa cum liberilibus artibus disputare. pro cuius introductione sciendum est quod omnis latine locutionis ratio versatur in terminis, in quibus quidem duo et duo consideranda sunt: significatio quidem et modi significandi, quibus perfecta sententia congruaque locutio perficitur et creatur; altera sunt syllabarum quantitas et dictionum accentus, quibus pronuntiatio variatur. terminorum autem duplex est ratio: una est secundum communis et attribute significationis simplicitatem; altera secundum singularem intellectus assumptam in vi similitudinis commutationem. prima fit pura, communis et usitata moxque et simpliciter veniens ad intellectum oratio; et hec est grammaticalis et ab omnibus usurpata locutio. altera vero sermo fit figurativus, intendens aliud quam pre se ferat, movens ex similitudine phantasiam tandemque duplici sensu tangens et erudiens intellectum. que quidem oratio pertinet ad poetam. que vero narratio dictionum accentibus est contenta, soluta dicitur; non quod suis ligata non sit numeris, sed per dictio-

10

15

20

25

30

7. *Cod.* De poetica et primo quibus ex rebus conficiatur et quem inter scientias gradum obtineat. Capitulum sextum. Rubrica. *Cod.* quadrivium 12. *Cod.* loyce

(1) Son questi gli ultimi quattro versi dell'epistola metrica indirizzata il 12 luglio 1378 dal Nostro a Iacopo Allegretti, ristampata da noi

in calce all'ep. XI del lib. IV; I, 288.

(2) Cf. quest'epistola, p. 221 sgg.

(3) Allude, com'è chiaro, alla *Poetica* d'Aristotile.

nes; et hec prosaica nuncupatur; illa vero que syllabis nexa est, ligata solet et metrica communiter appellari. prima quidem simplex et contenta solis accentibus dictionum, oratorum est et communiter omnium qui loquuntur; altera vero duplex et, ut ita loquar, bilinguis, syllabaticam examinata et nexa, solis congruit vatibus et poetis. his ita breviter ad intellectum poetice pro materie necessitate transcurtis, cum prodesse velint aut delectare poete ⁽¹⁾; prodesse quidem reprehendendo vitia, delectare vero commendando virtutes; etenim, ut vult Aristoteles, omne poema et omnis oratio poetica aut est vituperatio aut laudatio ⁽²⁾; que cum ita sint, quid esse potest in arte poetica contra fidem vel quod sacris litteris sit repugnans? quid licebit addiscere Christianis, si laudare virtutes et reprehendere vitia non licebit? nescio videre unde tu et alii, qui poeticam abhorretis, prohibitionem tam acerrimam deducatis, curque vobis ista facultas tam detestabilis videatur. nam, quanvis poetice proprium sit, ut inquit Alpharabius, sermonibus suis facere imaginari aliquid pulcrum vel fedum quod non est, ita ut auditor credat et aut abhorreat vel appetat ⁽³⁾; quamvis etiam certi simus quod non est ita in veritate, tamen exiguntur animi nostri ad horrendum vel appetendum quod imaginantur, tale quidem non est quod a fidelibus debeat recusari vel Christianis rationabiliter interdicti. male quidem minusque christiane fecissent Iuvenius atque Seditius, quos scimus historias evangelicas divini carminis elegantia cecinisse; stulte fecisset Arator, qui gesta sanctissimorum apostolorum cum expositionis allegorice luminibus, grandiloquis verbis alligavit ⁽⁴⁾. Petrus etiam de Riga damnabiliter laborasset,

e questo è il discorso metrico; l'altro è il prosaico: l'uno è proprio degli oratori e in generale di quanti favellano; l'altro, duplice e bilingue, spetta ai soli poeti.

Or siccome ufficio di costoro è lodar il bene e biasimare il male, come Aristotele compre-

che può esservi nell'arte poetica di repugnante alla fede o alle sacre dottrine?

Non si comprende onde il Dominici, e quanti la pensano come lui, traggano fondamento al loro rigore.

Chè se quanto la poesia ci presenta è falso in sè stesso, benchè o ci attirino per la sua bellezza o ci respinga colla deformità sua, non perciò deesi interdire ai Cristiani.

Altrimenti Iuvenio, Seditio,

Aratore,

Pietro Riga,

(1) Cf. HOR. Ep. II, III, 333.

(2) Cf. ARIST. Poet. I, IV.

(3) Questa citazione del noto commentatore arabo d'Aristotele è già scorsa in altra epistola del Nostro (lib. X, ep. VI; III, 225); ed ivi (nota 3) avvertii come non mi fosse venuto fatto di consultar l'opera d'Alfarabio. Ora invece tra gli incunaboli dell'Ambrosiana ho potuto ritrovare la *Declaratio compendiosa per viam divisionis*

Alfarabii super libros Rethoricorum Aristotelis, impressa « Venetiis per magistrum Philippum Venetum anno salutis MCCCCXXXI die vigesimo secundo mensis iunii »; ma nè in questo scritto nè nella *Determinatio Ibnrosdin in Poetria Aristotelis* che le tien dietro, mi è avvenuto di rintracciare il passo qui riportato.

(4) Come già dal BOCCACCIO (*De gen. deor.* lib. XV, ed. Hecker, p. 260)

Alano di Lilla,

Giovanni di Hauteville ed altri moltissimi, avrebbero tutti quanti, scrivendo i loro poemi, peccato contro la fede: e così pure Prudenzio, Prospero, Ambrogio, a cui si debbono molt'inni sacri;

qui versibus inequalibus veteris et novi Testamenti corpus, allegorizans etiam plurima, renovavit⁽¹⁾. peccaverunt graviter Alanus atque Iohannes, qui et Architrenius dictus est, quod libros suos figmentis poeticis et versibus ediderunt⁽²⁾. peccaverunt et alii plures, quos tedium est referre, qui poetas inventionem et carmine secuti sunt, ut Prudentius atque Prosper et pater Ambrosius, qui plurimos hymnorum variis metrorum generibus expe-

questi vetusti poeti cristiani sono citati dal Nostro sulla scorta di san Gerolamo (*Ep. ad Magn.*, cit. loc. cit. § v, in *Opera* cit. col. 668), che però non fa memoria, come ben s'intende, d'Aratore. Ma di tutti è credibile ch'egli conoscesse direttamente gli scritti.

(1) Pietro Riga, non « de Riga », come scrissero erroneamente parecchi fin dall'età più antica, nato, come sembra, a Vendôme, ne' primi decenni del sec. XII, morì vecchissimo l'anno 1209 a Reims, dov'era canonico ed arcicantore della chiesa cattedrale di S. Maria. La sua celebrità è dovuta più che ad altri poemi, un tempo assai gustati (cf. HAURÉAU, *Un poème inédit de P. R.* in *Biblioth. de l'Ec. des Chartes*, 1883, XLIV, 5 sgg., ed altresì *Notic. et Extr. des mss.* XXVIII, 293 sgg.; XXIX, 243 sgg.), all'*Aurora* o *Bibliotheca*, come trovasi anche chiamata, amplissima parafrasi in più che quindicimila versi latini del Vecchio e Nuovo Testamento; cui egli, sorpreso dalla morte, non potè prestare le ultime cure e fu quindi riordinata, e corretta da Egidio di Parigi; probabilmente l'autore del *Carolinus*; il quale

acu typica distinctis versibus unum
Consuit in corpus atque revinxit opus

(cod. Ambros. R. 62 sup. c. 1 A). Benchè molte lodi al Riga dia anche Guglielmo Brettone, pure l'autore della *Filippide* gli fa appunto d'avere usato il metro elegiaco, « coarctans quae potius pede maeonio referenda fuerunt ». Tutti i fatti della Sacra Scrit-

tura sono materia d'allegoria al poeta: l'opera sua, benchè nel medio evo popolarissima, non venne mai stampata. Ved. anche *Hist. littér. de la France*, XVII, 26-35.

(2) Non occorre spendere molte parole sovr'Alano di Lilla, l'insigne autore dell'*Anticlaudianus* e del *De planctu naturae*, che il S. non sapeva se collocare tra i filosofi oppure tra i poeti (cf. lib. XII, ep. v; III, 483). Abbiamo intorno a lui ed alle sue opere parecchi lavori eruditi, di cui citerò solo il più recente: quello di M. BAUMGARTNER, *Die Philosophie des Alanus de Insulis im Zusammenhange mit den Anschauungen des XII Jahrh.*, Münster, 1896; cf. *Bibl. de l'Ec. des Chart.* LIX, 1898, 410 sg.

In quanto a Giovanni di Hauteville, detto comunemente « Architrenius » dal nome del protagonista del suo poema, che da esso prende il nome, egli è uno scrittore anglonormanno, fiorito nella seconda metà del sec. XII, di cui abbiamo scarsissime notizie: ved. WRIGHT, *Biogr. Britann. literaria*, Anglo-norm. period, London, 1846, II, 250 sgg. L'*Architrenius*, pubblicato nel 1184, trovò gran favore nelle scuole francesi ed inglesi; una recente edizione ne fu curata dal Wright già citato per i *Rer. Britannicar. scriptor. medii aevi*, to. LIX, 1872, I, 240.

Dell'uno come dell'altro esalta i meriti e raccomanda vivamente la lettura anche il DOMINICI nella *Luc. noct.* cap. XLVI, cod. Berl. c. 102A.

divit⁽¹⁾. nec dubitet quis poetriam artem esse. nam si ars est collectio preceptorum ad unum finem tendentium, quod negari non potest, et huius artis precepta dedit, ut videmus, pater Aristoteles, Horatius et aliqui de nostris⁽²⁾, ut manifestum est, quis
 5 negabit eam artem esse? cumque maxima differentia sit inter poetam et poetam, sive contingat hoc bonitate nature, celorum indulgentia, ut quidam volunt, sive per observationem et vim consuetudinis et exercitii quesitum habitum, certum est aliquid artis esse debere, quo vel hic vel ille aliis etiam per cetera paribus
 10 antecellat. nam licet Cicero in ornatissima oratione, quam habuit pro defensione A. Licinii Archie, dixerit: ceterarum rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare, poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari⁽³⁾; verissimum tamen est quod subdidit: cum ad natura
 15 turam eximiam atque illustrem accesserit ratio quedam confirmatioque doctrine, tum nescio illud quid preclarum ac singulare solere existere⁽⁴⁾; ut naturam certum sit et habitum omnem consuetudinis et exercitationis arte et preceptis effici meliorem. unde et Flaccus noster inquit:

20 Natura fieret laudabile carmen, an arte,
 Quesitum est: ego nec studium sine divite vena,
 Nec rude quid possit video ingenium; alterius sic
 Altera poscit opem res et coniurat amice⁽⁵⁾.

est igitur poetica sermocinalis quedam ars atque facultas, et, ut
 25 supra dixi, bilinguis; exterius unum exhibens, aliud autem intrinseca ratione significans; semper in figura loquens ac sepe-

21. sine] *Cod. fore* 25. *Cod. omette unum* .

(1) Prudenzio è ricordato anche dal BOCCACCIO (*De gen. deor.* lib. XV, ed. Hecker, p. 260), non per gli inni però, bensì per la *Psycomachia*. Sant' Ambrogio come innografo è in quella vece allegato da Francesco da Fiano nella cit. Invettiva contro i detrattori della poesia; *cod. Vatic.* Ottob. 1438, c. 13 A.

(2) Che con queste parole il S. volesse alludere al *De vulgari eloquio* non

oserebbero affermare, giacchè non ci consta che dell' opera dantesca egli abbia mai avuto notizia; ma è molto probabile che accenni al trattato di Antonio da Tempo se non all' altro assai men conosciuto di Gidino da Sommacampagna.

(3) M. T. CIC. *Pro Archia poet. or.* § 17.

(4) Ibid. § 15.

(5) HOR. *Ep.* II, III, 408-11.

Nè c'è da dubitar che la poesia non sia un' arte: giacchè di essa son stati dati i precetti da Aristotele, Orazio ed altri de' nostri.

E siccome v' ha tra poeta e poeta differenza grandissima, questa differenza è prodotta dall' arte,

che, come dice Cicerone dell' oratore,

si aggiunge alla efficacia della natura a formare il vero poeta.

L' arte poetica è dunque bilingue, perchè una cosa dice e l' altra intende; e parla per figura,

legando in versi le parole.

Ma in tutto ciò nulla v'ha che recar possa nocummento alla fede: specie chi rammenti che altro non è in fondo la divina Scrittura se non poesia.

Ben sa che tal definizione ecciterà indignazione in que' religiosi che abborrono la poesia, sicchè gli si rimprovererà di macchiare la purezza e la sobrietà della divina parola, colla disonestà e la turpe loquacità dell'arte poetica.

Ma quanti pensan così sono in errore ed ignorano che sia la facoltà poetica.

Tutti intenti agli studi teologici, non trovano tempo per apprendere altre dottrine.

Di qui consegue che nella retorica veggano soltanto l'arte d'accumulare parole smaglianti, cui le clausole del « cursus » rendono sonoramente scorrevoli; mentre i migliori fra gli antichi mai non fecero ciò o se ne servirono con somma parsimonia e quasi per caso.

Altri sono i veri fondamenti della retorica, noti a pochissimi; e consistono nella ricerca di parole appropriate, non esotiche, oscure o obsolete,

numero versibus alligans, si quid refert. in cuius quidem artis officio nescio quid dici possit contra fidem esse vel quod sacris litteris sit adversum; maxime cum certum sit ipsam divinam Scripturam nichil aliud esse quam poeticam; licet tu videaris, doctissime vir, nomen istud abhorrere. sacra namque Scriptura quid est vel in terminis vel etiam in rebus nisi figura? verum, quia super hoc plurima sunt dicenda, commodius arbitror si ea sequentis capituli serie disseramus.

VI. Scio quod apud religiosos sit nomen tam detestabile poetria, quod profanum, imo sacrilegum videatur maximaque reprehensione dignum, quod eam ad maiestatem veteris et novi Testamenti velim preter intelligentiam omnium sublimare, videarique mundiciam atque sobrietatem divinorum eloquiorum feditate poetice turpique eius abundantia maculare. qui quidem error ex eo procedit quod ignoretur a plurimis quid sumendum sit pro poetica facultate. nec mirum. adeo quidem intenti sunt sacris theologie studiis et oraculis divinitatis, que novum ac vetus continet Instrumentum, quod operam non possunt aliis indulgere. hinc rethoricam nichil aliud esse putant quam splendidorum vocabulorum congeriem, clausulis lubricantibus trisyllaboque cursu vel quadrisyllabo terminatis; quod quidem minimum est ad rethoricam tamen spectans, et quo Cicero, Sallustius, Livius et alii, qui cunctis prestantiores in eloquentia reputantur, sic usi sunt et raro, quod videantur et cursus et illa festivitas eos secuti non ab eis de industria vestigati⁽¹⁾. nam ea que vera fundamenta sunt rethorice, quam sine dubio pauci norunt, quantum ad verba pertinet, dici debent ut verba non sint exotica, non obscura, non inusitata; quoniam, ut inquit C. Cesar dictator, qui iecit Romani imperii fundamenta, non minus oratoribus fugiendum est insolens verbum, quam nautis scopulum⁽²⁾; quod sint propria rerum quas

7. super] *Cod. semper; la correzione fu segnata in margine dalla solita mano.*

9. *Cod.* Quod divina scriptura sit vera perfectaue poesis et ad huius facultatis rationem necessario referatur. Capitulum septimum. Rubrica.

(1) Quel che il Nostro pensasse del « cursus » già si è visto ripetutamente: cf. così lib. V, ep. xv; II, 77 sg.; lib. XIII, ep. ix; III, 632. (2) Ved. A. GELL. *Noct. Attic.* I, x, 4.

dicere voles et, ut inquit Cicero, velut cum ipsis rebus nata; quod si de propriis non sit copia, taliter ad novata venias, quod a te inepte non videantur inventa vel ex antiquitatis tenebris evoluta ⁽¹⁾. quod non impudenter, si forsan ob inopiam vel ornatum
 5 ad translata veneris, non ex longinqua sed ex proxima similitudine videantur assumpta tali claritudine, quod ea que significare volumus occurrant propere, non lateant intellectum. sed nescio quomodo, cum in rethoricam inciderim, evagatus sum. unde ergo discessimus, ad poeticam scilicet, revertamur. sic etiam poetriam
 10 nichil aliud arbitrantur quam fabulas, quam scelera, que profecto commenta sunt honestum aliquid contegentia, et ob id damnant et abhorrent poesim; non intelligentes quod, ut superius diffinitum est, ipsa sit sermocinalis quedam ars atque facultas bilinguis, unum exterius exhibens, aliud autem intrinseca ratione significans;
 15 semper in figura loquens, ac seponumero versibus alligans si quid refert. que quidem an observet divina pagina videamus. divina Scriptura nonne sermo et locutio Dei est? et quid est in toto corpore sacri voluminis veteris Testamenti; quod iuxta litterarum hebraicarum numerum in libros viginti duo sectum est; vel etiam
 20 novum, quod primum illud adumbratis sermonibus continebat, quod in quatuor Evangelia, canonicas Epistolas, Actus apostolorum et remotam ab intellectibus Apocalypsim dispersitum est, quod allegorice non legatur, quod non etiam aliud sub cortice teneat quam ostendat; quod bilingue iure non possit et
 25 debeat appellari? quid minus allegoricum esse videtur quam principium Geneseos et opera sex dierum? nonne Adamantius Origenes, de quo scriptum est quod ubi bene dixit, nemo melius, ubi male, nemo peius ⁽²⁾; cuncta reducens ad mysticum intellectum, mirabilis allegorie sensibus exposuit et ad mores nostros
 30 animeque nostre potentias pie et laudabiliter adaptavit? vide Iudicium historias; vide Regum et reliqua que sequuntur; nonne

esprimenti il concetto così da parer nate con esso, ch'è se neologismi fan d'uopo, la scelta sia oculatissima.

E per ciò che riguarda il linguaggio figurato non occorre minore discernimento.

Ma per tornar alla poesia, sono in grave errore coloro che la credono mera congerie di favole indocorose, non comprendendo ch'essa sotto il velame esteriore, nasconde arcani sensi e parla per figura in versi.

Or che è la Sacra Scrittura se non parola di Dio? E che v'ha in essa, sia che si prenda a considerar il vecchio Testamento, sia che s'esamini il nuovo, che non debba intendersi allegoricamente, che non significhi altro da quello che dice?

Il principio del *Genesi* sembra spoglio di significato simbolico: eppure quanti reconditi sensi seppe dedurre Origene!

Lo stesso è a dir del libro de' *Giudici* e de' *Re*.

30-31. *Cod. Iudiciū; ma la seconda gamba dell'u è espunta.*

(1) Cf. M. T. CIC. *De orat.* I, III, 12.

(2) Ved. M. AUR. CASSIODORI *De institut. divinar. litterar.* cap. I, in *Opera*, II, IIII. Intorno a questo dettato, già proverbiale ai giorni di Cas-

siodoro, cf. anche P. D. HUETII Episc. Abricens. *Origeniana*, lib. II, p. 258 in *Opera ad Origen. spectantia* annesse ad ORIGENIS *Opera omnia*, Parisiis, MDCCLIX, to. IV.

Nulla in apparenza parrebbe più amoroso e lascivo del *Cantico de' Cantici*,

nulla più poetico del libro di Giobbe,

nulla più oscuro e incomprensibile dell'*Apocalisse*, se non si ricorresse all'esposizione simbolica; d' altronde il Vecchio Testamento non è forse tutto un simbolo del Nuovo?

Ma ciò al Domini è notissimo.

Per passar quindi dal contenuto al contenente, dai concetti alle parole, spettano alla poesia tutte quante le figure grammaticali, che violano le regole della grammatica stessa per dar ornamento e vigore al discorso.

Sicchè anche tutto quel che è nella S. Scrittura figurato, rientra nel dominio della poesia.

Quando Cristo è dunque chiamato « verme » e non uomo,

cuncta reducuntur ad allegoricum intellectum? adduc precor passum aliquem veteris Instrumenti, quem sanctissimi doctores sensus occulti mysterio non exponant. quid magis poeticum et iuxta corticem magis amatorium et lascivum quam Cantica canticorum? quid misteriosius, quidque magis poeticum quam liber et historia Iob, cuius occulta cum alii plures tum sanctissimus antistes Gregorius super omnes, multiplicatis sensibus, pertractavit?⁽¹⁾ scribitur de novissime prophetie secretis quod ipsa contineat tot sacramenta quot verba. qui liber tante profunditatis est quod supra se multos in extasim elevans pene coegerit insanire. denique totum vetus Testamentum nonne novi figura creditur et idea? sed quid in re clarissima scribens eruditioni tue, qui trans omnes peritos nostri temporis Scripture divine sensus abditissimos calles et doces, diutius immoror?⁽²⁾ an ut quod liquidum et in oculis omnium est, obscurem et occultam et probationum multitudine faciam minus planum? dimittam hoc igitur, et de rebus atque sententiis ad verba simplicia transeamus. pertinent ad poeticam, teste Philosopho, metaphore et omnis sermonum improprietas et metaplasmi, schemata, tropi quicquidve sub istis reponitur, quod in plurimas figuras egreditur et ab omnibus tam oratoribus quam poetis communiter usurpatur⁽³⁾. quo fit ut quicquid in divina Scriptura a propria naturalique significatione discedit quicquidque figuraliter de alio predicatur, totum sit poeticum et prorsus tale quod oblique, non proprie, quod intenditur representet. quare cum de Christo cecinit Psalmigraphus: ego autem sum vermis et non homo⁽⁴⁾, vermem Christum

1. adduc] *Cod.* credo 8. *Cod.* quot 19. *Cod.* metaplasim schem atātropi (*sic*)

(1) Allude ai *Libri Moralium* di san Gregorio, e dice « multiplicatis sensibus », perchè, come afferma lo stesso santo, assumendo questo lavoro, esso volle appagare i desideri d'alcuni suoi devoti, che insistevano « ut non solum verba historiae per allegoriarum sensus excuteret, sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinaret »; s. GREG. papae I *Moral. libri sive Exp. in lib.*

b. *Iob* in *Op.* I, 512. E cf. anche cap. III, col. 513.

(2) Ved. il passo di Francesco da Fiano già da noi citato nella nota 2 all'epist. precedente, p. 196 di questo volume.

(3) Cf. ARIST. *Rhetor.* lib. III, cap. VII ed anche *Poet.* XIX. Ved. altresì Q. F. QUINT. *Inst. orat.* I, VIII, 13 sgg.

(4) *Psalm.* XXI, 7.

dixit ex eo quod, sicut vermis non nascitur seminali generatione, sic et Christus de nullius viri semine productus est. quod autem dixit: et non homo, vel propter divinitatem dixit; solus enim homo non fuit; vel quia sic homo generatus est, quod in illo
 5 principio nulli peccato prorsus fuerit obnoxius, quod nulli quidem homini penitus non contingit, quoniam peccato puer non caret, etiam unius diei; quasi dicat: et non homo, cum omnes sint homines peccatores, ego vero non. duo sunt vermes; non nati scilicet de concubitu: primus Adam, de quo scriptum est: for-
 10 mavit igitur Deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite et factus est homo in animam viventem⁽¹⁾. nec id modo volumus explicare nunquid hominis appellatione hoc loco contineatur et Eva, de quibus iam dixerat Moyses: et creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei
 15 creavit illum: masculum et feminam creavit eos⁽²⁾; cum et Adam interpretetur homo terrenus, vel terra rubra⁽³⁾. dicitur enim apud Hebreos tantum valere nomen hoc Adam quantum apud nos hoc vocabulum homo, quo tam masculus quam femina significatur. alter autem vermis fuit dominus noster Iesus Chri-
 20 stus, qui de fluxu seminis natus non est, sed quem, ut sancta dogmatizat Ecclesia, firmiter credimus, pie et catholice confitemur filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt;
 25 qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, et homo factus est, et reliqua que sequuntur⁽⁴⁾. nec hec dixerim, ut explicem eius exortum, qui non minus latet et superat omnem

ciò che è detto al-
tresi d' Adamo,

colla quale figura-
ta espressione si
vuole alludere alla
sua nascita, quale
è dalla Chiesa af-
fermata;

20. ut manca nel cod. 24. Cod. consubstanciale

(1) Gen. II, 7.

(2) Gen. I, 27.

(3) Ved. s. EUS. HIERON. *Lib. de nominib. hebr.*, Vet. Testam., De Gen.: « Adam homo, sive terrenus; aut indi-
« gena, vel terra rubra »; *Opera*, II, 817.

(4) Ved. *Symbol. concilii Constantinopolitani in Sacror. Concil. omn. am-*

pliss. collectio, ed. Mansi, Florentiae, MDCCCLIX, III, 566. Coluccio però, forse perchè citava a memoria, introduce nel sacro testo delle varianti di cui talune trovano corrispondenza nel *Symbol. Nicenum* (cf. op. cit. II, 666), mentre altre invece non appaiono in veruno de' due simboli.

ovvero è designato
qual « leone »;

o « pellicano »,

o « upupa »,

o « passero solita-
rio », dappertut-
to è indicato in
modo poetico.

Ma tutto è poe-
tico nella divina
Scrittura, mistico
tutto,

tutto bilingue.

Questo dimostra
apertamente il li-
bro di sant' Ago-
stino *De doctrina
christiana*.

intellectum nativitate carnali quam generatione divina, ut merito
Propheta dixerit: generationem eius quis enarrabit? ⁽¹⁾ dicitur et
de Christo: vicit leo de tribu Iuda ⁽²⁾: sic enim appellatus est
post passionem. nam, ut Petrus Damianus ad Desiderium scribit,
leena mortuum parit catulum, qui profecto per triduum mortuus 5
perseverat, donec tertia die pater eius adveniens in faciem eius
insufflat, sicque viventem celeriter excitat, et subdit: et hoc modo
qui catulum leonis de tribu Iuda ⁽³⁾ die tertia suscitaverat, te quoque
inter fidei, spei et caritatis triduum, non mundo, sed sibi viventem
reddat ⁽⁴⁾. est et pellicanus in solitudine ⁽⁵⁾, quia, solus de virgine 10
natus, rostro, si fas est, aperit sibi pectus et sanguine suo suscitavit
filios suos mortuos, quod Redemptor noster fecit in cruce. est et
nycticorax in domicilio ⁽⁶⁾, avis obscena videlicet futura nuncians,
quoniam, sicut in passione legitur, futuram ruinam civitatis annun-
cians, flentibus mulieribus dixit: nolite flere super me, filie Ie- 15
rusalem, sed flete super vos et filios vestros ⁽⁷⁾ et reliqua. est
et passer solitarius in tecto ⁽⁸⁾, solus scilicet evolans in celum, quo
nondum aliquis homo conscenderat. sed cur per ista trahor?
quid est enim in tota divina Scriptura quod non habeat mysticum
intellectum, sive verba sive hystorias sive prophetias sive sa- 20
pientie precepta consideres? totum est mysticum, totum redu-
citur ad allegoricum intellectum. nichil est in illis quod bilingue
non sit, quod non unum in cortice pre se ferat et aliud intrinsecus
non intendat et secundum varios Spiritus Sancti sensus exponi non
valeat et sumi. lege et considera sanctissimos eruditissimosque 25
libros divi Augustini, quorum titulus est *De doctrina chris-
tiana*; non dico tibi, peritissime mi Iohannes, lege, qui cuncta,
sicut opusculum illud docet, vidisti legistique; sed aliis, qui forsan

10. Cod. en corretto in est

(1) ISAI. LIII, 8.

(2) Apoc. V, 5.

(3) Cf. Gen. XLIX, 9; OSEAE V, 14.

(4) S. PETRI DAMIANI *Opuscul. LII*,
De bono religiosi status et
variarum animantium tro-
pologia, cap. III, « De natura leo-
« nis », in *Opera*, II, III, col. 767 sg.

(5) Psalm. CI, 7; e cf. s. PETRI
DAMIANI op. cit. cap. XV in *Op. cit.*
col. 795 sg.

(6) Psalm. CI, 7; e cf. s. PETRI DA-
MIANI op. cit. cap. XVI, in *Op. cit.*
col. 776.

(7) S. LUC. XXIII, 28.

(8) Psalm. CI, 8.

ista non viderint, fideliter et in caritate commemoro. recorda-
 bere tu et alii qui ea didicerint, videbunt et illi qui libros pre-
 fatos duxerint perdiscendos totam divinam Scripturam mysticis
 5 peculiare atque precipuum poetarum. nam cum, ut auctore Phi-
 losopho visum est⁽¹⁾, poesis pene semper intrinsecum occultat
 intellectum, quid facit aliud poetica quam divina Scriptura? in
 figura quippe loquitur utraque verbis novatis atque translatis sup-
 ponentibusque prorsus aliud quam significant: supponentibus qui-
 10 dem non appropriatione, que de consuetudine provenit, sed inten-
 tione, non illa que sumitur ex origine proprietate * * * sed mente:
 ut non immerito primi theologizantes, sicut testatur Aurelius,
 dicti fuerint Museus, Orpheus et Linus, imo theologi, quoniam
 deos suos carminibus celebrarent⁽²⁾. et quoniam poetica, non
 15 dico semper, sed, ut superius diffinivi, sepenumero versibus alligat
 si quid refert, prosam siquidem non recusat sive continuam, ut
 Apuleius, sive intercisam, ut Marcianus Capella, Alanus: et, si
 patiari, Torquatus; videamus si et hoc observat divina Scriptura.
 satis esset si tibi soli scriberem, non omnibus qui poeticam de-
 20 testantur, vel litteras et traditiones Gentilium, veluti lepram,
 abhorrent et fugiunt, quos plerumque non ratio movet, sed sancta
 quedam rusticitas, imo simplex ruditas et simplicitas inerudita,
 solum asserere faterique quod sacre littere, in sue originis fonte,
 tum continuo discurrant carmine tum permixtis versibus atque
 25 prosa. legant igitur quod tu nosti, si forte non noverint, Hie-
 ronymi prohemium super Iob. illic enim sanctissimus fi-
 delisque scribit interpres de volumine Iob loquens: a principio
 namque voluminis, usque ad verba Iob, apud Hebreos prosa oratio
 est. porro a verbis Iob, in quibus ait: pereat dies, in qua natus
 30 sum et nox in qua dictum est: conceptus est homo; usque ad eum
 locum ubi ante finem voluminis scriptum est: idcirco ipse me

Or quel che è
 caratteristico delle
 sacre carte,

è pur tipico nella
 poesia;

onde è seguito che
 Musco, Orfeo e
 Lino, poeti vetu-
 stissimi, fossero
 considerati quali i
 primi teologi.

E poichè la poc-
 sia si riveste co-
 munemente di me-
 triche spoglie,

resta a vedere se
 avvenga altrettanto
 della divina Scrit-
 tura.

Or questo si ve-
 rifica in essa più
 volte,

come ne fanno te-
 stimonianza a tutti
 le parole di san Ge-
 rolamo nel proc-
 mio al libro di
 Giobbe,

ove, dopo aver in-
 dicate le parti di
 esso scritte in ver-
 si,

11. Dopo propriet. *cod.* segna una lacuna che si potrebbe, parmi, colmare scrivendo:
 origine proprietateque sermonum 23. *Cod.* asserere 28. *Cod.* dopo Hebreos lascia una
 lacuna riempita poi in margine dal correttore colla parola prosa

(1) Cf. questo vol. p. 231 sg. lib. XVIII, cap. XIV, e cf. nota 1 a

(2) Cf. s. AUR. AUG. *De civit. Dei*, p. 181 di questo volume.

rimanda chi dubitasse ancora che gli Ebrei si valessero dei metri, come i Greci, all'autorità di Filone, di Giuseppe, d'Origeno e d'Eusebio.

Le parole di san Gerolamo bastano a provare che talune parti del Vecchio Testamento sono, anche per la forma, poetiche, e ne consegue quindi che sia compiuta la dimostrazione che egli si era proposto di dare.

reprehendo et ago penitentiam in favilla et cinere, hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes et propter lingue idioma crebro recipientes et alios pedes non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. interdum quoque rhythmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris lege metri solutis: quod metrici magis quam simplex lector 5 intelligunt. a supradicto autem versu usque ad finem libri parvum comma quod remanet, prosa oratione contextitur. quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebreos, et in morem nostri Flacci greceque Pindari et Alcei et Sappho vel Psalterium vel Lamentationes Ieremie vel omnia fere Scripturarum can- 10 tica comprehendendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem et Cæsariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere confirmabit⁽¹⁾. hec sanctus pater Hieronymus; quibus satis constat quod probandum erat, divinam paginam non semper prosa currere, sed aliquando carminum elegantiam suscepisse; ut cum poetica sit 15 sermocinalis ars atque facultas bilinguis; hoc est unum exterius exhibens et aliud autem intrinsecus significans, semper in figura loquens ac sepenumero versibus alligans si quid refert, certum et manifestissimum sit poetarum figmenta et divine Scripture seriem non diversa, sed eadem prorsus subsistere ratione. quod 20 quidem assumpseram demonstrandum.

* * * * *

1. *Cod.* reprehendendo 4. *Cod.* interdumque rignus 5. *Cod.* omette metri 6. *Cod.* dopo libri dà pauū coma (sic) 7. *Dopo* remanet nel *cod.* un bianco. Il correttore supplì in margine: prosa

(1) S. EUS. HIER. *Div. Biblioth. pars I*, ordo III, Praef. in libr. Iob, in *Op.* IX, 1140-41.

[illegible]

EPISTOLE AGGIUNTE (*)

I.

A MAESTRO FRANCESCO DI NICCOLÒ DI NELLO DI RINUCCIO
PRIORE DE' SANTI APOSTOLI (1).

5 [Cod. dell'Imperiale di Vienna 3160, c. 237 B.]

Virtutum honestisque viro integerrimo magistro Francisco
priori Sanctorum Apostolorum michi carissimo.

CONCEDI, postulo, veniam, quod vos inurbane, secundum quod
consuevi amicis scribere, singulari compello sermone, vobis
10 vestreque religioni minime congruum (2) * * * *

Empoli, 19 agosto
1351-1363.

Chiede perdono
di usar il tu scri-
vendogli, come suol
fare cogli amici.

10. Dopo congruum nel cod. una lacuna, che comprende lo spazio d'una linea, più
un quarto.

(1) Tra quant' epistole di Coluccio la benignità del caso ci volle conservate, è questa forse la più antica, giacchè essa deve necessariamente collocarsi in tempo anteriore all' estate del 1363, in cui, com' è noto, la peste si portò via il fervido ammiratore di F. Petrarca, il buon priore de' Ss. Apostoli, al quale è diretta. Ma stabilitone così sicuramente il termine *ad quem*, rimane a determinare l'altro *a quo*, impresa assai più difficile. Che l' epistola, di fatti, sia posteriore al 1350, non può correre dubbio, poichè e vi si ragiona come di cosa ben nota dell' amicizia del

Nelli e del Petrarca (iniziata, secondo che sappiamo, in Firenze appunto durante l' autunno di quell' anno) e vi compare al Nelli attribuito quel titolo di priore de' Ss. Apostoli, ch' egli non conseguì, sembra, innanzi al 1351. E se riflettiamo poi che, abbandonata Bologna sul finire del 1350, il Nostro aveva riparato in Valdinievole, dove rimase tre anni circa (cf. *La giovinezza di C. S.* p. 62), potremo andare più oltre, ed asserire con certezza che la presente non fu dettata prima del 1354. La composizione di essa

(2) V. nota 1 a p. 242.

(*) Raccogliamo sotto questo titolo quante lettere del S. ci pervennero troppo tardi alle mani, perchè potessero trovar luogo ne' varî libri ai quali per ragione cronologica appar-
terrebbero.

Maestra e guida
della vita vollero
gli antichi la filo-
sofia,

ond' avvenne che,
come Seneca asse-
risce in un passo
divenuto famoso,

Philosophiam beate vite ducem approbavit antiquitas et merito; hec enim morum elimatissima mater, hec microcosmi subtilissima perscrutatrix, totius nature omnisque orbis rationem perspicua declaratione demonstrat. quid igitur hanc examussum non pro-
5
posita vite ducem magistramque dicamus? hinc ille morum preceptor ethicus Cordubensis mirabili distinctione vitam aliquibus magne, aliquibus maxime, aliis totaliter asserit labi⁽²⁾. omne

2. Cod. climatissima 7. Cod. labere

oscilla dunque tra il 1354 ed il 1363; nè v'è modo di stabilirne con precisione maggiore la data, perchè pur troppo ignoriamo, ad onta delle indagini fatte, quando il S. si fosse recato a dimorare in Empoli, vuoi quale cancelliere del comune, vuoi quale notaio del podestà, ch'eran soliti mandarvi i Fiorentini.

Questa d'un soggiorno, certo assai breve, fatto dal S. nella ricca e popolosa terra del Valdarno inferiore (ved. REPETTI, *Dizion. geogr. fis. stor. della Tosc.* II, 55 sgg.), è la notizia più importante di cui andiamo debitori all'epistola per fortunata combinazione raccolta dal compilatore del cod. 3160 della Palatina di Vienna, zibaldone di carte dugensessantotto, che contiene molte e svariate scritture, le più però ben conosciute, spettanti all'umanesimo italiano de' secoli XIV e XV; cf. *Tabulae codd. manuscriptor. praeter graec. et orient. in bibl. Palat. Vindobon. asservator.*, Vindobonae, MDCCCLXVIII, II, 217 sg., n. 45.

